This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 806,436

ERMANN & Co
W-YORK
ROADWAY



PRESENTED BY
THE HEIRS OF
ELISHA JONES
ASSOCIATE PROFESSOR
OF LATIN 1881-88

Grad. R. R. I
PA
6648
.Q4
1375

Querolus

AVLVLARIA

SIVE

QVEROLVS

THEODOSIANI AEVI COMOEDIA

RVTILIO DEDICATA

EDIDIT

RVDOLFVS PEIPER

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXV

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Recd. 10-4-39 J.A

HERMANNO HAGENO

BERNENSI

S

I. DE LIBRIS IMPRESSIS.

QVEROLUS, | ANTIQVA COMOEDIA, | NVNQUAM ANTEHAC EDITA, | quae in vetusto codice manuscripto | PLAVTI AULULARIA inscribitur. | *Nunc primùm à* PETRO DANIELE *Aurelio* | *luce donata, & notis illustrata.* | *Ad illûstriss. amplissimúmque Cardi-* | *nalem Odonem Castilionaeum.* | *(insignia typographi)* | PARISIIS, | *Ex officina Rob. Steph. Typographi Regij.* | M.D.LXIIII. | CUM PRIVILEGIO REGIS.

Forma octava; quattuor folia cum titulo continent I^{u} privilegii auctoritatem *(Aureliae, duodecimae Decembris, Anno Domini M.D.LX.)* II^{r} II^{u} Danielis praefationem *(Illustrissimo Amplissimoque Cardinali Odoni Colignio Castilionaeo Petrus Daniel S. — Lutet. Parisiorum, Nonis Iunij 1564.)* III^{r} ad IV^{r} *Nicolai Hattaei Aurelii, Regis et Aureliorum ducis secretarii, carmen ad Petrum Danielem Aurelium.* (inc.: *Quam misere nostras Daniel, ignauia mentes Fascinat* — expl.: *Acceptamque tibi referat per saecula lucem.* sunt 67 uersus.) IV^{r} *Ad eundem, de auctore huius Comoediae G. Buchananus Scotus*).* (inc.: *Quisquis es infernis prope nunc reuocatus ab umbris* — sunt 5 disticha). IV^{u} *Ad eundem Steph. Manialdus Cleriacus.* (tria disticha graece, inc.: *Εὐεπίης πνείων λάμπει, πρό-*

*) non extat in Buchanani operibus a. CIↃ.IↃ.XCIV editis.

243961

τερόν τε μαρανθεὶς —): subiciuntur *Personae* comoediae quae paginis 1 ad 69 (A. j. ad E. iij.) perscripta legitur. (QVEROLVS, SEV AVLVLARIA PLAVTI ANTIQVI AVCTORIS.) post fol. E. IIII uacuum secuntur numeris paginarum carentia foll. F. j. ad H. j. in quorum primo F. j. *de auctore* agitur, F. ij. ad G VIIII *Petri Danielis Aurelii notae in Querolum Plauti* leguntur (quarum in fine: *Excudebat Rob. Stephanus typographus regius, Parisiis, an. M.D.LXIIII. non. octob.)* denique f. H. j. auctor Lectori emendationes aliquot a *P. Pitheo* acceptas commendat. Usus sum exemplari quod est in bibliotheca Gottingensi.

Exstant Danielis curae secundae Bernae in bibliotheca Bongarsiana cod. G. 130 typis non mandatae, de quibus uid. Hermanni Hageni conmentatio *„Der Jurist und Philolog Peter Daniel aus Orleans. Bern 1873“* p. 12 s. In eis editor indicem sua manu sic inmutauit: QVEROLVS . . . *castilionaeum . Editio secunda* | *Antverpiae* | *Ex officina Christophori Plantini* | CIↃIↃLXVI | *Cum priuilegio.* Carmina duo quae hanc nouam editionem commendarent alterum *Delivrii P.* alterum *Francisci Danielis* Hagenus l. l. descripsit; auctoris praefationem adiectis quae et in illa et in ipsa comoedia Daniel inmutauerat *(Daniel* [2]*)* Orellius dedit in *epistula critica ad Maduigium* p. LXXIII. *Aemilii Perotti* de Aulularia epistulam ad PDanielem quae est inter epistulas autographas ab Bongarsio conlectas in cod. Bernensi 141 exhibuit CG Mueller nuper defunctus in *Analectorum Bernensium* fasciculo altero qui Getam Vitalis comoediam continet p. 8 not. 19, *Lab. Danaei Carolique Perotti* epistulas ex eadem conlectione edidit Hagenus l. l. p. 33 et 14.

Plauti Querolus siue Aulularia ad Camerarii codicem ueterem denuo collata. Eadem a Vitale Blesensi elegiaco carmine reddita, et nunc primum publicata. Additae P. Danielis, C. Rittershusii, J. Gruteri notae. Ex typographeio H. Commelini. MDXCV.

Notae atque emendationes Danielinae non addito auctoris nomine exhibitae pro Rittershusianis postea non semel sunt habitae. Huius libri (aeque rari atque princeps editio) exemplaria seruantur in Heidelbergensi atque Guelpherbytana bibliotheca.

Plauti comoediae XX superstites et deperditarum fragmenta Ph. Pareus recensuit ac notis perpetuis illustrauit. accedit Plautus Hypobolimaeus hoc est Gildae Sapientis Britanni Querolus siue Aulularia. Francof. 1610 8° — — accedit Pseudo-Plauti Querolus Neapoli Nemetum 1619 4° — — — accedit Gildae Sapientis Querolus et animaduersionum ablegmina. Francof. 1641 8°

Repetita est Parei editio omissa ad Rutilium praefatione in *collectionis Pisaurensis omnium poematum . . . Pisauri 1766 4° t. IV p. 201 sqq.*

Ex ipso Danielis exemplari repetitam dicit FLA Schweiger (Handbuch der classischen Bibliographie II 774) Patauinam editionem hanc:

Plauti comoediae superstites XX . . quibus accessit Querolus comoedia antiqui auctoris Patau. exc. Jos. Comimus 1764 8° p. II

Nouam editionem instituit Johannes Christianus Wernsdorfius (1732—1793). Est in bibliotheca Bonnensi fasciculus eius manu scriptus (71 v, b VI. n. 259 catalogi a Klettio confecti) qui continet *Hosidii Getae Medeam, Querolum, Fragmenta selecta Tragicorum et Mimorum ueterum,* parata omnia ut typis describerentur. Atque Queroli inscriptionem hanc esse uoluit:

Querolus, siue Aulularia Plauti, comoedia antiqui auctoris. Cum integris P. Danielis, C. Rittershusii, J. Gruteri et selectis J. Ph. Parei, Casp. Barthii et aliorum notis quibus accedunt animaduersiones editoris. Wernsdorfii prae-

fationem cum ipso contextu exhibent foll. 44—87, animaduersiones foll. 100—155.

Prooemii Wernsdorfiani particulam quae est de auctore infra dabo.

Hermanni quoque Cannegieteri Henrici F. (1723—1804) idem uidetur fuisse consilium. Nam Rittershusianum exemplar auctum ab illo adnotationum cumulo in libris MTydemanni (qui Lugduni obiit a. 1825) deprehendit suumque in usum conuertit Klinkhamerus.

QVEROLVS SIVE AVLVLARIA, INCERTI AVCTORIS COMOEDIA TOGATA. recensuit et illustrauit S. C. Klinkhamer. Amstelodami, apud heredes H. Gartman. MDCCCXXIX.

Is praeter librum Leidensem lectionesque Parisini tribus exemplaribus usus est quibus uirorum doctorum notae erant adspersae: *HCannegieteri, GKoenii* († Franequerae a. 1767) cuius exemplar tum possidebat DJ Lennepius, *incerti* denique quod bibliotheca Leidensis suppeditabat (Leidensem n. 501 ipse dicit p. 96 et 148).

Circa idem tempus Jo. Caspar Orellius ad fabulam denuo edendam sese accinxerat Danielinis thesauris prope in conspectu positis illectus: at sufficere opinatus ut singulis saeculis semel comoedia ista repeteretur, postquam Amstelodamensis editionis nuntius aduenit illico consilium suum abiecit; quae ex Bernensibus exemplaribus collegerat una cum suis animaduersionibus publici iuris fecit in *epistola critica ad Jo. Nic. Madvigium v. c.* (praemissa operi huic: *M. Tullii Ciceronis Orator Brutus Topica etc. Turici MDCCCXXX) capite XVIII p. LXVII—XCV.*

Singulos praeterea locos tractarunt *Adrianus Turnebus Paulus Melissus* ille Danielis, hic amicus Gruteri, *Scaliger, J. F. Gronouius, Cl. Salmasius* passim per sua

opera, denique *Caspar Barthius* in *Aduersariorum libris 4,7 28,15 30,9 38,9 44,13 et 14.*

II. DE LIBRIS MANU SCRIPTIS.

A. Principem locum obtinent VL

V Vaticanus bibl. antiq. 4929 membr. in quarto s. IX—X f. 55—78[a] emptus est liber ex libris Cardinalis Sirleti, s. XVI fuit Serafini de Nybia. (uid. Reifferscheid BPLJ I 444 O Jahn ad Censorinum proll. p. XVIII Bethmann in archiuio Francofurtano XII 245)

Adspersa sunt scholia in margine atque inter uersus minutissima scriptura s. XII—XIII quorum specimina haecce sufficiant:

f. 59 *pantomalus nomen est ex greco latinoque compactum et dicitur quasi totus malus pan enim grece totum sonat.*

f. 69 *zelotipus est qui nimio mulieris amore correptus semper obseruat. indignaturque leui suspicione. nec eam cuiuis (cuuus* codex) *credit. zelus enim amor et tipus tumor. hinc (hic* cod.) *zelotipia.*

rectius *harpyiarum* nomen interpretatur scholiasta ad locum qui est editionis nostrae p. 32, 7

f. 68[b] *solidus est nummus aureus qui sexies appens unciam facit.*

f. 76 *senatus consultum quod tantum senatores populis consulendis decernunt.*

Hunc librum antea non adhibitum atque Palatinum meum in usum a. 1871 contulit Gardthausenus.

L Leidensis Vossianus lat. Q° 83 (olim Isaaci Vossii Lat. n. 147 ut indicat schedula f. 1[r] adgluti-

nata et index librorum Js. Vossii confectus a PColomesio*)) membr. s. X foll. 24.

Continet is Aulularium f. 1 ad 23^{u}, f. 24^{r} nil legitur praeter haec uerba: AVLVLARIA PLAVTI EXPLICITA FELICITER· f. 24^{u} octo olim uersus perscripti erant nunc rasura deleti; praeterea hac pagina legitur alphabetum runicum quod cum non uideretur editum descripsi in usum Julii Zacheri professoris Halensis. — Hunc ipsum codicem fuisse Petri Danielis, ex quo ille fabulam edidit a. 1564, praeter inscriptum integumento Georgi Buchanani epigramma atque possessoris nomen ab ipso pluriens scriptum (quod ne spurium uideatur prohibet scripturae Danielinae specimen quod exhibuit C G Mueller in indice scholarum Bernensium a. 1841 tab. VII) satis superque testatur consensus libri cum editione principe in uitiis quibusdam minutissimis quae librarii debentur incuriae. Fuit igitur antea bibliothecae *S. Benedicti Floriacensis* ad Ligerem unde qua ratione in Danielis possessionem uenerit Hagenus ll. p. 6 sqq. docuit. Quo tempore primum typis describeretur fabula, nondum lectiones *libri Pithoeani* (de quibus infra) allitae fuerunt; nam de eis altum silentium in editoris notis, cum aliorum subsidiorum hic illic mentionem faciat. — Diligenter librum post Danielem contulit Klinkhamerus quamquam non satis conpendiorum gnarus non semel errauit. Denuo ipse contuli a. 1871.

B. Interpolati multifariam sunt *PR (p)*

P· Palatinus inter Vaticanae codices Palatinos seruatur numero 1615 inscriptus membr. s. XIII in. formae oblongae bifariam diuisis paginis. scriptus autem uidetur in Germania. De eo uid. Fr Ritsche-

*) Pauli Colomesii opera ed. Fabricius Hamburgi 1709 p. 875.

lius Musei rhenani t. IV 511 et 535 sqq., in Prolegomenis ad Plautinum Trinummum p. XXVII—XXX, ed. nouae p. VIII, in opusculorum uol. II 102 not., Mus. rhenani t. XXVII (1872) 340

In eo igitur libro Aulularia praemissa legitur fabulis plautinis atque primae quidem Amphitruoni a f. 1[u] ad 9[r] plautinas fabulas contulerunt Ph Pareus, C Scioppius, Fr Ritschelius, iterum pro Ritschelio H Hinckius suumque in usum Laurentius: Aulularia lectiones Rittershusius et Gruterus exscripserunt, ita quidem ut non raro pro primariis quas secunda effecit manus darent, in ed. Commeliniana a. 1595, Pareus in edd. a. 1619 et 1641.

Liber olim fuit *Joachimi atque Philippi Camerariorum* a quibus per satis longum tempus mutuatus erat Gruterus: *ms. Camerarii, ms. noster, C. Vetus (C. V.)*)* Gruterus et Rittershusius eum nuncuparunt, qui uno tantum scripto libro in Aulularia emendanda usi sunt**): significatur hic liber cum dicit Gruterus: *reponatur lectio codicis calamo exarati.* Non multo post bibliothecae Palatinae libris insertum Pareus uidit qui p. 860 *„nunc uero“* ait *„doctorum usibus patet in . . bibliotheca Palatina. Ex illo codice in quo fabulam hanc primum locum tenere ipse adeo nuper inspexi copiam eius benigne mihi faciente Grutero bibliothecario.* Videri ex hoc codice circa a. 1497 Joan-

---

*) aliquotiens tamen propterea res ambigua est, quod qui Danieli est *V. C.* (Leidensis liber) uel *Cod. S. V.* (i. liber Sti Victoris) in notis Rittershusianis non satis discernatur a Camerarii V. C. Sic 18, 16 *eruditus* et 19, 13 *at quanto* non C, sed cod. S. V., 26, 21 *sumul*, 38, 18 *milae* uel *nullae*, 39, 23 plendoris, 41, 10 *fastidiantes*, 50, 11 *homine* non C sed L, denique 46, 21 *sine risu* non C ut uidetur, sed ipsius Danielis est emendatio.

**) Non enim uerum quod in Rittershusianis notis legitur ad p. 15, 13 uocem *carceres* in quibusdam codicibus deesse: deest in uno libro *Sti Victoris* quo Daniel utebatur.

nem Reuchlinum plautinarum fabularum cognitionem hausisse in Fleckeiseni et Masii annal. 1874 II p. 134 dixi.

Rp Parisinus n. 8121 A (olim Colbertinus 3352 = Reg. 10210. 3) scriptum eum esse s. X ex C B Hasii uel etiam F Hauthali testimonio dicit Orellius, s. XI Klinkhameri amicus, s. XII Merilius (*Origines du théâtre moderne p. 14 n. 1, p. 15 n. 2*) quod uerius puto. Formae est mediae atque continet praeter Querolum poemata quaedam latina medio aeuo composita.

Olim fuit *Petri Pithoei* (id quod Klinkhamerum fugit; ipsius P Danielis fuisse Delislius a W Foerstero Vindobonensi interrogatus adfirmauit: qua de re habeo cur dubitem. Atque ipse Daniel siue ab Pithoeo siue ab ipso enotatas eius libri lectiones in marginibus libri qui nunc est Leidensis addidit (a Vossio quae erat Klinkhameri opinio non sunt adscriptae): quod factum sine dubio post absolutam editionem. Post id tempus nescio quis (nam Bongarsii manum, a quo scriptas arbitrabatur Orellius, non agnoscit H Hagenus) ex ipso codice L*) in exemplar Danielinum quod Bernae seruatur transtulit unde descripsit Orellius p. LXXVI sqq.

Ex ipso codice uarias lectiones Klinkhameri in usum amicus quidam excerpsit, ex cuius editione pauca quae dubitatione carebant addito R dedi, p littera quae ipse ex L enotavi significantur.

---

*) ita tantum fieri potuit, ut homo ille ubi nulla adscripta est in L libri Pithoeani differentia, ibi consentire alterum cum altero ratus Leidensem scripturam pro Pithoeana uenditaret: uelut p. 24, 17 ubi *perourro* pro *percurro* uidetur scriptum in L, *perourro* ex Pithoeano quoque protulit. Eundem autem errorem non semel Klinkhamerus quoque admisit, qui cum sine dubio eandem rationem in transcribendis Parisini libri excerptis secutus sit, non omnia quae inde protulit, ego descripsi: accedit quod Philippi Parei et libri Parisini sigla *(Par. Paris.)* non satis diligenter ab illo discreta uidebam.

Rp prorsus pendet ex P, P autem ut ex ipsa subscriptione patet in qua QVEROLVS pro AVLVLARIA est, quam maxime est interpolatus. Textus igitur ad VL quorum alter ex altero corrigendus, conformandus erat. Praestare tamen aliquanto Vaticanum librum neminem fugiet. Libri P orthographiam raro curaui, cum etiam hac in re ubi V et L discedunt accurate adnotarem.

Quintum extare librum nuper conpertum est ex archiui Francofurtensis t. XII 274: inter codicum ueterum relliquias quas conpactas continet liber Reginae Christinae n. 314 quattuor extant membranae s. XII in. f. 113—116 in quibus est Aulularia uel potius eius fabulae pars quaedam. Eum quoque ex interpolatorum numero esse suspicor ex aeuo quo scriptus perhibetur.

C. Excerptorum libri

1) 'Eiusdem (Queroli) fit mentio in uetustissimo libro glossarum quem mihi una cum hac comoedia suppeditauit amplissima fani Benedicti Floriacensis ad Ligerem bibliotheca'. P Daniel ed. pr. F. j.u (apud Orellium p. LXXIV).

2) Quoddam uetustum fragmentum ex Compendiensium Franciscanorum coenobio.

3) Antiquissimus codex manu exaratus S. Victoris Parisiensis cui *Deflorata ex bonis auctoribus* titulus inest. (Esse hunc suspicor cod. Paris. fonds de St. Victor n. 756 s. XIII in quo multos Aldae Guillelmi Blesensis locos deprehendit Merilius.)

4) Item Lutetiae in collegio Sancti Geruasii. 'In quibus (2—4) plurimas sententias huius fabulae excerptas et in unum collectas repperi, atque haec omnia sub *Plauti* nomine *in Aulularia.*' Daniel l. l. (apud Orellium p. LXXV).

Ex tribus libris nihil*), pauca ex S. Victoriniano pro-

*) nam ex quarto S. Geruasii quem in secundis curis adhibuit citantur haec tantum: 13, 14 *huc quanta* 13, 23 *agno-*

tulit Daniel. ea cum facile pro Camerariani libri lectionibus possint haberi ab eis qui Rittershusii notis utuntur, simulque ut recensus quidam adsit locorum ex hac fabula transcriptorum, quae Daniel dedit omnia hoc loco recensebo omissa pleraque in adnotatione: 9, 26 *quemadmodum tibi aliisque* 12, 14 *quodsi* 13, 14 *quantam adiciunt* 13, 15 *sōpnum* 13, 16 *adsignatur* 17, 13 *carceres* deest 17, 16 *uestitum* 18, 6 *eruditus* 19, 12 *nobis* 19, 13 *at quanto* 19, 14 *esse felicem non sinunt* 39, 23 *splendoris id* 39, 24 *quod publicet* deest 39, 25 *ego lustro (latera* deest) 40, 8 *abstuleris* deest, at 40, 9 pro *abscideris* scriptum est *abstuleris* 41, 9 *salutet fastidientes* 45, 4 *uero* 49, 8 *ubique] ubi* 55, 12 *nunquam tu celeriter.*

5) *Florilegium de diuersis poetis et auctoribus antiquis* bibl. regiae Berolinensis (Ms. Diez. B. Santen. 60) membr. s. XIV f. 65ᵘ col. 2. sub titulo *Plautus in Aulularia* hi loci adsunt: p. 6, 6 et 8 12, 5—7 12—14 22—25 13, 22 s. 15, 19 28, 13 s. 39, 15 s. Ipse descripsi a. 1869*).

---

sces 18, 4 *labores eorum* 40, 7 *Vae apud nos (illis* om.). Ex eodem fonte petita uidetur lectio quam 19, 15 ex codice aliquo suo exemplari adscripsit Daniel.

*) *Rubricas adscribam libri ad cognoscenda medii aeui studia grauissimi simillimique eius quod n. 6 significaui:* 1ʳ Incipiunt flores auctorum *(5 versus)* — Socrates — Jeronimus ethicorum in theodolo — Incipiunt prouerbia ethicorum *(unus uersus: nam* totus liber prouerbialis est *rubrica adscriptum)* — prouerbia Theodoli — 1ᵘ Incipit prologus libri Auiani — prouerbia Claudiani 2ʳ pr. Stadioli — pr. Panphili — 2ᵘ pr. Maximiani — pr. Homeri *(duo tantum loci)* — Versus ficticii — pr. Horrestis 3ʳ pr. Gete — pr. Albe comedi *(Aldae comoediae)* — 3ᵘ pr. Ysopi (*supra* f. 4ʳ: In eso pio 4ᵘ prouerbia Esopi) 5ʳ de libro qui dicitur de patricida 5ᵘ de breui substantia hominum — magʳ Niuardus de ysengrino et reinardo 6ʳ pr. de remedio amoris 7ʳ Ouidius in arte amatoria 8ᵘ pr. Ouidii epistolarum 9ʳ Ouidius in tristibus 10ᵘ pr. de ponto 12ʳ Ouidius sine titulo *(ex Amorum libris)* 13ʳ Ouidius in fastis 13ᵘ pr. Ouidii Methamorfoseos 15ᵘ Ouidius in ybin —

6) Excerptorum liber Parisinus Nostre-Damensis 188 membr. s. XIII. Inde Tibullianos uersus descripsit E. Woelfflinus Philologi t. XXVII (1868) p. 152 —157 cf. Rothii ad Suetonium praef. XXXIII, Bursiani

---

pr. Tobie *(Matthaei Vindocinensis)* 18r Noua poetria *(Galfridi)* 20u *(Virgilii)* in bucolicis — in georgicis — in Eneyde 21r Lucanus 22r Alexander *(Galteri de Castellione)* libro primo 22u libri secundi 24r libri tertii *(reliquorum librorum excerpta desiderantur)* — In stacio Prudentius in prohemio de pugna uirtutum et uitiorum 25r Claudianus contra ruphinum 27r pr. Marcialis 29r Gaius Valerius Flaccus in primo argonauticō — Virgilius in culice de beatitudine pauperis uite — Virgilius in ethna — Lucanus de laude Pisonis 29u Calphurnius in bucolicis — in Iuuenali 33r in Persio — Horacius in poetria 34r Horacius in sermonibus 35r Horacius in epistolis 37r Expliciunt flores auctorum 37r Therentius in andria — Th. in adelphis — Iob 38r Salustius 39r Boetius de consolatione 42r ex Platone — ex Marciano — ex Macrobio 42u Tullius de rethoricis 43r Tullius in primo libro de officiis 51r de amicitia 53u de senectute 54u in paradoxis 56u Quintilianus in materiis 58r In libro causarum 59r Seneca ad Lucillum 65r Tullius contra Sallustium 65u Plautus in aulularia 66r Macrobius in saturnalibus — Seneca in declamationibus — in Io de beneficiis 67r in Io de clementia 68r in libro de naturalibus questionibus 69u Ex Argellio noctium articarum in primo 70r *(Iulii Celsi)* Ex gestis cesaris — Sydonius 70u Cassiodorus 71r Suetonius 71u Verba scriptoris ad lectorem:

Dicta tenes ueterum lege singula collige uerum
Exempla et morum retine decreta priorum
Finis adest [operis] sint uota precesque laboris
Premia sit ueri tua gratia pignus amoris

secuntur monosticha quaedam 72r Seneca de Ꝓor uirtutibus 73u quedam excepta Senece de beneficiis 74r excepta Senece de clementia imperatoris — de officiis — ad Damasum 74u Ieronimus Eliodoro — Ieronimus Augustino — Augustinus ebodoro *(sic)* — Paulino pbr̄o — de occeano — Sabino Iuliano — Turpilianus Nicete — Ebodoro *(sic)* — contra prelatos — Ieronimus de expōe mathe̊ *aliaque* 77r *uersus leonini sine rubrica* 77u Expliciunt flores tam auctorum quam philosophorum. *Sequitur de feminis carmen 35 uersibus constans a femina uoce incipientibus quorum primus:* Femina uincit adam, uictus fuit arbore quadam. *Finitur liber his uersiculis:*

ad Senecam patrem praef. p. XVIIII Buecheleri ad Petronium p. XXVI. *Plautus in Aulularia* quae ad nostram pertinent fabulam inscripta sunt. Eadem continere uidetur cod. *Parisinus* 13582 s. XIII uel XIV in. p. 164—167.

7) Excerptorum liber Palatinus 1042 membr. s.

Porta salutis aue per te patet exitus aue
Venit ab eua ue ue quia tollis aue
Virgo mater aue ueneranter te precor aue
Seruer que sine ue parentis destruis eue
Clauiculis firmis theos antropos in pos et ir mis
Figor ob infirmi cosmu delicta patir mi

(Clauiculis — mi *rubro scripta) Haec omnia una manu ab initio ad finem luculenter perscripta. Ouidii epistolarum 8*^{u} *Martialis 27*^{r} *Aetnae 29*^{r} *Calpurnii 29*^{u} *locos graphio indicauit in margine M Hauptius ni fallor; Homeri Orestis Aldae Aetnae panegyrici Pisoniani uersus exscripsi; cetera quominus accuratius examinarem temporis angustiae inpediuerunt.*

Aetnae *loci hoc ordine leguntur (cum Munroi editione a. 1867 contuli) eorum non nisi primus uidetur extare inter Parisiensia excerpta cf. M Haupt Hermae III 338 sqq.* 222 s. inmensus — curis 249 s. magnifesta — iocunda uoluntas 257 torquemur — labore (q; *post* premimur *al. m. add.)* 278 torquentur — domantur (terre) 276 scrutamur — profundum (uertimur) 277 Semen ut argenti queratur et aurea uena 266—268 leues — campo (et dolia | defecto | fenilia) *Sequitur uersus:* Nichil est quod texitur ordine longum; *post hunc carminis* ad Pisonem u. 5—13 *ad marginem adiecta rubrica:* Lucanus de laude pisonis non tamen genere clari sed etiam uirtute multipli̇. (*adscribam ubi ab ed. Bipont. differt liber:* 5 Tua est miranda 7 Nobli̇tas eadē. pro 8 ymaginibus 10 profu̇/int (ı *ex* u *rasura)* ċ uita 12 tantis] claris 13 nō ṗonā summā ṗonis ĩ ill^{s} *atque* ponā *deletum lineola)* 39 s. cum — mittit (mestos; *in marg.:* hic commendat pisonem de eloquentia) 46—48 Iudex sponte sua — iram (Victor] Iudex | ı̣ṛạ̄ iudex quam habet, *deest* non) 100—113 quodque — ab illo (100 fuerat 101 dılıg̃ ex equo nec eum fortuna c. 103 spaciantur uerba iocorum 104 affert 108 Illa casta domus licet et s. c. c. 109 Victa 110 Nullus eum laċi comitem 112 Quam | sed q. t. i. merces *desunt* 113 quem rogat ex equo u. rogatur a. i.) 117—120 Laudo tuam — amando (117 Piso] Laudo | mittis 119 Inter et aeq.) 208 Voluisse — iacto (*om.* at) 213 Abdita — metalli 243 Se (*sic*) tenuis — tenebris.

XII f. 68—93 *Excerpta ex Plauto* habet. inc.: *Plautus in Querolo. LAR ad Querolum. Quid de adulterio dicis? Querolus. attat ñ hoc crimen non est. Lar. quando autem licitum esse cepit?* Ex ipso Camerarii libro descripta Plautina dicit FRitschelius (cuius uid. Opp. II 130 not. 73, 162) in quo et ordo et titulus idem est atque in hoc florilegio.

Non praetereundus hoc loco Vincentius Bellouacensis († 1264): is in Speculo historiali cuius utor codice msto bibliothecae Rehdigeranae S IV 5 p 21 membr. s. XIIII per manus *Walteri dicti de platea* optime scripto (R) a quo non raro differt quae mihi praesto est ed. Veneta a. 1494 (V), quinti libri cap. CV (Venetae l. V c. 55) haec profert:

„De plauto poeta comico et dictis eius. Eodem anno plautus ex umbra (umbria V) arpinas rome moritur. Qui propter annone difficultatem ad molas manuarias pistorem se locauerat ibi quociens ab opere uacasset scribere fabulas solitus (V *add.* erat) ac uendere. Actor. Hic plautus eloquentissimus fuit. Vnde iero'. (V Hiero.) in suggillecionē (V sigillatione) eloquentie cuiusdam emuli sui dicit. Hec est illa plautina eloquentia. hic lepos atticus (V accitus). et musarum ut dicunt eloquio comparandus. De omnibus autem plauti comediis ex illa sola que dicitur Aulularia paucas morales et breues sententias excerptas hic inserui. Plautus poeta comicus in aul'.“

Indicabo sententias quam potero breuissime additis uariantibus lectionibus:

3, 6 Pecunia rerum ac solicitudinum causa est et caput

6, 6 Sibimet esse sufficientem primum bonum est

[12, 18 Visne tibi honorem deferri. inter miseros uiuito. *deest* R]

6, 8 Si pro meritis reddendum nobis non putamus ipsi nosmet fallimus

12, 7 Quidnam o stulte mirum est si — diligit

[12, 12 In amiciciam — receperis. *deest* R]

12, 13 Insipientium — collegium.

12, 22—25 Nemini — dissentimus (Querole *om.* RV 23 est *om.* V parem ferre non patiens RV 24 s. despicimus — inuidemus — dissentimus RV)

19, 14 s. Quidsi nescio quis ille est alius enim est in corde: alius in uultu

22, 9—14 Multum inquit adulator sese (adulatores se V) aliqui laudant . qui (qui *om.* V) uel fugaces feras uel pugnaces bestias aut — maxime. (13 Et quos RV potentes et diuites RV)

59, 7 Tres *(sic* RV) — capit

40, 6—9 Ve apud quos (q2 *i. quia* apud se V) domini (deum domini R) uigilias — seruis de uita quantum de nocte auferunt

13, 3—5 Conuentus et debachationes (delectationes V) et ioca friuola non quero ut amorem pariant (que ut a. non pariunt V) Vtinam nichil odiorum darent

13, 15—19 Patientia d. a. c. assignatur . sic euertuntur omnia: nemo — querole . (18 econtra V negligens RV LAR *om.* RV 19 querule V)

13, 22 Tu neque — felix eras (hec V cognosceres RV)

17, 7. 20—23 Da michi aduocati gratiam . uende uocem — criminum

[18, 9 Sepe — uulpium *deest* R]

5, 18 s. Nemo — dicimus

Supersedeo si qua ex Aulularia in speculum doctrinale aut naturale*) transcripsit Vincentius conquirere: iam illa ad nostram rem sufficiunt.

Parum recte Orellius conlegit hanc unam fabulam quam uere plautinam putabat Vincentio praesto fuisse, ceteras etiamtunc ignotas. sane plautinae fabulae per medium aeuum prorsus fuerunt incognitae, nec quisquam inuentus est eis saeculis qui eum laudaret, cum Terentius omnium esset in manibus. Nam quae plautina extant in

*) e. g. spec. nat. l. XXXI non memini quo capite.

Thesauro nouo latinitatis edito ab A Maio — esse autem Osborni Panormiam s. XII confectam G Meyer docuit M Rh 1874 p. 179 — non ex ipso Plauto repetita sunt. At Vincentius ne habuit quidem totam Aululariam, neque tam fuit insanus, ut si habuisset, uere plautinam iudicasset. Nam cum non esse a Sarsinate conpositam Aululariam ipse Rutili amicus in prologo dicat, qui hunc uel illum uersiculum inde depromeret breuitatis gratia non poterat solum sed debebat solemni illo titulo uti quem praebebant libri: at qui de ipso Plauto uerba faciebat, si totam legerat fabulam fieri non potuit ut is inter uere plautinas eam referret; hoc tamen fecit Vincentius. Iam certissimum fit illum non nisi excerptis usum esse et ex similitudine quae intercedit inter Vincentiana atque ea quae nos ex Dieziano, P Daniel ex S. Victoriano et S. Geruasiano protulit, et inde ·nod, ubi exemplis ex nostra comoedia petitis hanc illamue rem poterat illustrare, uelut in spec. naturali XXXI c. 126 cynocephalos uel XV c. 50 reprobationem falsae constellationis, Isidorum aliosque potius auctores adlegat. Ea excerpta quae fuerint, tum demum sciemus, si quis siue Nostredamensem librum uel si quis extat uetustior typis descripserit.

Ex isdem rursus sententiis a Vincentio excerptis potius quam ex ipsa fabula conicit Orellius selegisse nonnulla Landulphum Sagacem de Columna (c. a. 1320, uid. Fabricii Bibl. med. et inf. lat. t. IV p. 239 M.) in libro rarissimo cui titulus est *Breuiarium historiale ed. Pictauii 1479 in 4°* (uid. Ebert lexicon bibliogr. n. 1170, 2): id ego non uidi. Pauciora etiam quam Landulphus haud dubie ex eodem fonte dedit Albertus de Eyb (c. a. 1460) in *Margarita poetica* (ed. Romanae 1475 f. 206[u]) Argentin. a. 1503 f. CCLXXVI[r]) nam hos locos: 3, 6 6, 6 12, 18 (Vis iure honorem tibi etc.) 12, 12 12, 13 12, 22 isdem quibus Vincentius uerbis exhibet eodemque ordine.

III. DE AVCTORVM TESTIMONIIS.

Seruius ad Vergili A III 226: Plautus in Querulo de anseribus: [30, 16] Cuncti — clangoribus

Seruius in Eichenfeldi et Endlicheri Anall. gramm. p. 535: Terentius rhythmis scribit comoedias uel Plautus.

Liutprandus († 972) Antapodosis I (3) c. 11 (Pertz SS III 277 s.): [35, 10—12] Mars trigonus — saltu est. [ib. 13] Mala — premit

Iohannes Sarisberiensis († 1182) in Policratico I 8 (Opp. ed. Giles III 42): Histriones erant qui gestu corporis arteque uerborum et modulatione uocis factas aut fictas historias sub aspectu publico referebant: quos apnd Plautum inuenis et Menandrum et quibus ars nostri Terentii innotescit. Idem Polycratico II 25 (III 129 Gil.). Numquid tibi uidetur uerior et fidelior sententia Iouis et Martis, quam sententia creatoris? Non utique Plauti consilio acquiesces, si istud uirium planetis adscripseris. Cum enim Sycophanta Mandrogerum percunctaretur, an illi sint planetae placandi, qui numeris totum rotant: eos Mandrogerus nec nostro uisu faciles nec dictu affabiles esse respondit, adiciens quod atomos in ore uoluunt, stellas numerant, sola mutare non possunt sua et q. s. (quibus ex uerbis apparet totam fabulam legisse Iohannem).

Idem in Enthetico u. 1683 (cf. 1361): Plautinum Querolum miraris ubique uideri; mancipio tali non caret ulla domus.

Traditur in Gestis Romanorum c. 175 (ed. nouissimae p. 574) narrare Plinium [nat. hist. VII 23] *quod aliqui homines sunt canina capita habentes qui cum latratu loquuntur et uestiuntur pellibus animalium.* additurque moralis interpretatio: *Tales significant praedicatores, qui omnes animalium pellibus debent uestiri i. e. aspera penitentia propter bonum exemplum aliis dandum indui.* Quae translatio ex Aulularíae lectione uidetur nata esse.

Vitalis poeta (is qui Blesensis plerumque audit in-

iuria ut uidetur)*) octauo uel nono saeculo ut mea est sententia**) nostram fabulam elegiacis uersibus expressit. Huius carminis inpressi ab Hieronymo Commelino in calce antiquae Aulularíae ab Rittershusio editae a. 1595 (quod exemplar repetitum est hoc saeculo a Friderico Osanno Darmstadii 1836 una cum eiusdem poetae Amphitryone uel Geta) pauca tantum uidentur extare neque satis uetusta exemplaria manuscripta: innotuit liber *Duacensis* n. 461 s. XV cuius lectiones dedit Merilius *(Poésies inédites 1854 p. 443—445), Lambacensis* libri n. 100 memoriam iniecit Monius *(Anzeiger VIII 321).* Tertii libri apographum extabat Guelpherbyti inter libros Marquardi Gudii *cum manuscriptis collatos uel notis autographis doctorum uirorum illustratos* indicatus his uerbis: *„56 Plauti Aulularia 1595 In eodem uolumine exstat Querulus descriptus ex manuscripto codice* Rhemensi *antiquo manu Samuelis Sciassii“*; a Francogallis Parisios est delatum redditumque pro eo postea merum Commelinianum exemplar: nec Parisiis hodie extat Gudianus liber.

Nec deest quarti libri memoria: nam in ueteribus codicibus monasterii *Egmondani* fuisse *Aulularíam Plauti uersibus elegiacis expressam* refert Js. Vossius epistola ad N Heinsium data a. 1650 (Sylloges Burmannianae t. III 588). — Neque desunt Florilegia in quibus huius carminis loci exhibentur msta velut *Parisiis Suppl. lat. n. 264 Wratislauiae bibl. regiae IV F 87 s. XV*, atque hoc

---

*) de eo uid. Histoire littéraire de la France XV 428—434 XXII 39—50 (V. Le Clerc) Sane *Vitalis gallici blesensis Allularia explicit* subscriptio est et Commeliniani et Duacensis libri: in Amphitruone uero uetustiores libri uno *Vitalis* nomine auctorem efferunt, *Blesensis* non nisi in recentioribus additur. Propterea translatum illud censeo ad Vitalem a Guillelmo Blesensi clarissimi Petri archidiaconi Bathoniensis fratre qui exeunte XII saeculo comoediis atque tragoediis elegiaco metro scriptis inclaruit.

**) Furnerius (H L de la Fr. XV) anno 1186 Aulularíam factam censuit, propius uero C G Mueller Anall. Bern. II (1840) p. 7 saeculo decimo.

inpressum est cum inscriptione: *Egregie sententie siue iocundi flores doctorum poetarum* s. a. et l. inter incunabula eiusdem bibliothecae n. 2580*). cf. Ch Daumi epist. ad Reinesium LXXV 303.

Ipse Vitalis de hoc carmine cum dicat u. 23 sqq.:

Haec mea uel Plauti comoedia nomen ab olla
traxit; sed Plauti quae fuit, illa mea est.
Curtaui Plautum: Plautum haec iacturā beauit;
ut placeat Plautus, scripta Vitalis emunt.
Amphitryon nuper, nunc Aulularia tandem
senserunt senio pressa Vitalis opem.

non recte iudicarit, qui a Sarsinate factam Rutilianam Aululariam putasse Vitalem censuerit: ad Plautum iuniorem quendam fabulam CBarthius quoque retulit.

IIII. AVCTORVM VETERVM LOCI

quos poeta siue respexit siue uidetur respexisse maximam partem a Daniele et Klinkhamero conparati.

3, 1 *Vergil. Culex 25* Octaui uenerande *Carmen ad Pisonem 147* Piso tuam uenerande domum

3, 7 *Propert. IIII 6. 1* Ergo sollicitae tu causa pecunia uitae. *Censorini de die nat. 1, 5 (praef.)* Quare cum dona pretiosa neque tibi per animi uirtutem desint nec mihi per rei tenuitatem supersint, quodcumque hoc libri est meis opibus comparatum natalicii titulo tibi misi

5, 4 *Plauti Menaechm. prol. 1* Salutem primum iam a principio propitiam Mihi atque uobis spectatores nuntio. *Casinae prol. 1* Saluere iubeo spectatores optimos

5, 9 *Terentii Eun. 25* Colacem esse Naeui et Plauti ueterem fabulam. *Casinae prol. 13* antiquam eius edimus comoediam

---

*) consentit plurimis locis cum exemplari inpresso Coloniae 1472 quo usus est Merilius.

5, 23 *Ter. Heaut. prol. 12* Vostrum iudicium fecit *25* arbitrium uostrum, uostra existumatio valebit

5, 25 *Ter. Heaut. prol. 20* Habet bonorum exemplum, quo exemplo sibi Licere id facere quod illi fecerunt putat

6, 1 *Pl. Aulul. prol. 2 sqq.* Ego Lar sum familiaris sqq. *Pl. Carbonariae fr.* Secundum ipsam aram aurum abscondidi

6, 20 *Pl. Rudens. 1044* Etsi ignotust, notust

7, 22 *Ter. Phormio 841* O fortuna o fors fortuna

8, 1 *Ter. Andr. 343* Cessas adloqui? *845* Cesso adloqui? *Heaut. 757* Cesso hunc adoriri?

8, 11 *Pl. Capt. 750* Vis haec quidem herclest. *Adelphi 943* Vis est haec quidem. *Sueton. D. Iulius c. 82* ista quidem uis est

8, 21 Homuncio: *Ter. Eun. 591* homunculi *Pl. Capt. prol. 51*

8, 26 *Ter. Ad. 227* Nusquam pedem

9, 8 *Ter. Ad. 979* Syre, processisti hodie pulchre

9, 11 *Pl. Cas. II 8, 2* Tamquam carbonarium *cf. prouerbium* de calcaria in carbonariam peruenire *prolatum a Tertulliano de carne Chr. 6*

10, 14 ? *Saluiani* (c. 450) *de Gub. dei l. III* non est numquam omnino fecisse, facere cessare

10, 19 *Ter. Phorm. 245* communia esse haec

11, 8 *Ter. Andr. 782* iocularium in malum insciens paene incidi. *Phorm. 134* iocularem audaciam.

12, 8 *Martialis I 112* Cum te non nossem, dominum regemque uocabam: Nunc bene te noui: iam mihi Priscus eris

12, 12 *Menander* n. CLXVII *Φρόνησιν ἀσκῶν ἄφροσιν μὴ χρῶ φίλοις*

12, 22 *Ter. Eun. prol. 41* Nullumst iam dictum quod non sit dictum prius

12, 22 *Martialis XII 34 7—11* Si uitare uoles acerba quaedam Et tristes animi cauere morsus, Nulli te facias nimis sodalem. Gaudebis minus, et minus dolebis

12, 23 *Ter. Heaut. 202* Pateretur: nam quem ferret, si parentem non ferret suom?

13, 13 *Iuuenal. III 152* Nil habet infelix paupertas durius in se, quam quod ridiculos homines facit. *cf. XI 2 s. Pl. Stich. 177* Paupertas fecit ridiculus forem. *Horat. C. III 24, 42 s.* Magnum pauperies opprobrium iubet Quiduis et facere et pati

14, 7 *Ter. Eun. 243* Omnia habeo neque quicquam habeo: nil quom est nil defit tamen

14, 8 ? *Pl. Merc. III 2, 4* Decurso in spatio breue quod uitae relicuomst Voluptate uino et amore delectauero

14, 24 *Pl. Merc. IV 4, 31* Nunc ego uerum illud uerbum esse experior uetus: Aliquid mali esse propter uicinum malum

15, 11 *Ter. Andr. 889* Immo habeat ualeat uiuat cum illa. *Ad. 622* ualeas habeas illam quae placet. *Plin. ep. I 16, 1* nunc uero totum me tenet habet possidet

15, 19 *Pl. Capt. 142 s.* Tum denique homines nostra intellegimus bona, quom quae in potestate habuimus, ea amisimus

16, 25 *Pl. Pseud. 545* Quasi quom in libro scribuntur calamo literae Stilis me totum usque ulmeis conscribito

17, 9 ? *Dracontius I 20* Nos licet nihil ualemus, mos tamen gerendus est

17, 21 *Seneca Herc. 173 — 175* Hic clamosi Rabiosa fori iurgia uendens Inprobus iras et uerba locat

18, 12 *Vergil. A. I 381* Bis denis phrygium conscendi nauibus aequor

18, 13 *Seneca Med. 304* Animam leuibus credidit auris. *Herc. 153* carbasa uentis credit dubius nauita uitae laxos aura conplente sinus. *(Pentadius?) Anthol. lat. 266, 1* hic est ille suis nimium qui credidit undis. *ibid. 2681* crede ratem uentis — *Claudian. de R. Pr. I praef. 5* tranquillis primum trepidus se credidit undis.

18, 15 *Iuuenal. XIII 96* Pauper locupletem optare podagram Nec dubitet Ladas

18, 19 *Vergil. A. IIII 100* Habes tota quod mente petisti

18, 21 *Iuuenal. VI 326* Nestoris hirnea

18, 24 *Ter. Heaut. 325* Aut haec cum illis sunt habenda, aut illa cum his mittenda sunt

20, 19 *Vergil. A. VI 100* Obscuris uera inuoluens

21, 6 *Ter. Phorm. 459* Incertior sum multo quam dudum

21, 20 ? *Tacitus Hist. II 88* incuriosos milites — uernacula utebantur urbanitate — quidam spoliauere abscisis furtim balteis, an accincti forent rogitantes

21, 22 *Pl. Aulul. IV 4, 14* Hem tibi

22, 9 *Pl. Most. 775* Alexandrum magnum atque Agathoclem aiunt maxumas Duo res gessisse: quid mihi fiet tertio, Qui solus facio facinora inmortalia?

22, 17 *Pl. Poen. II 2, 9* Hodie iuris coctiores non sunt qui lites creant. *Epid. III 4 ex.* Atque me minoris facio prae illo qui omnium Legum atque iurium ficter, conditor cluet

22, 18 Apicius: *Iuuenal. IIII 23 XI 3 cf. Teuffel Gesch. d. röm. Lit. § 267, 4*

23, 13 *Pl. Most. 490 491 493:* in somnis

24, 13 *cf. Ter. Andr. 670 infra ad p. 56, 12 et 18*

24, 14 *Pl. Capt. 410* Nam tua opera et comitate et uirtute et sapientia Fecisti —

24, 15 *Pl. Persa I 3, 43* Cynica esse e gente oportet parasitum probe

24, 20 *Pl. Mil. 47* Recte rationem tenes.

26, 7 *Pl. Most. 1037* I mecum, opsecro, una nunc semul. *cf. Poen. III 1, 50 Poen. V 3, 28 Pseud. 410 Pers. 170*

27, 7 *Ter. Ad. 945* Si uos tanto opere istuc uoltis, fiat

28, 14 *Vergil. A. III 621* Nec uisu facilis nec dictu affabilis ulli

29, 4 *Vergil. Ecl. VIII 99* Atque satas alio uidi traducere messes

29, 24 *Lucan. VI 689* Quod trepidus bubo quod strix nocturna queruntur. *Statius Th. III 511* nocturnae gemunt striges et feralia bubo Damna canens. *Seneca Med. 736 Hercules 691 s. Dracontius X 306*

30, 16 *Vergil. A. III 225 s.* At subitae horrifico lapsu de montibus adsunt Harpyiae et magnis quatiunt clangoribus alas

30, 17 *Horat. Ep. I 1, 10* Vtque sacerdotis fugitiuus liba recuso: Pane egeo iam mellitis potiore placentis.

30, 22 *Cicero pro S. Roscio c. XX 56 cf. Arnobius VI 20*

31, 5 *Cicero in C. Verrem act. II 4, 96* Foris aedis effringunt: aeditumi custodesque mature sentiunt

31, 7 *Vergil. A. VIII 698* Latrator Anubis

31, 11 *Cicero in C. Verrem act. II 5, 118* Aderat ianitor carceris, carnifex praetoris, mors terrorque sociorum et ciuium Romanorum, lictor Sextius, cui ex omni gemitu doloreque certa merces comparabatur: „ut adeas tantum dabis; ut tibi cibum uestitumque intro ferre liceat, tantum“

31, 21 *Vergil. A. VI 406*

32, 14 *Iuuenal. VIII 129* Cuncta per oppida curuis Vnguibus ire parat cunctis metuenda Celaeno *XIII 169* raptusque per aera curuis Vnguibus

32, 25 *Iuuenal. VII 199* Anne aliud quam Sidus et occulti miranda potentia fati? *XVI 4* plus etenim fati ualet hora benigni

34, 8 *Seneca Apocoloc. II 3* Horam non possum certam tibi dicere: facilius inter philosophos quam inter horologia conueniet: tamen inter sextam et septimam erat

35, 10 sqq. *Pl. Epid. I 1, 22* Te uolo percontari: operam da, opera reddibitur tibi

36, 5 *Pl. Cas. II 6, 30 et 50* Quod bonum atque fortunatum sit mihi — *Trin. 41* Venerare ut nobis haec habitatio Bona fausta felix fortunataque euenat

36, 15 *Pl. Stich. 326* Quisnam opsecro has frangit foris? *327* ean gratia foris ecfringis?

40, 3 zelotypi: *cf. Pl. Stich. 727 sqq.*

40, 20 *Ter. Ad. 207* Accipiunda ac mussitanda iniuria adolescentiumst

42, 3 *Vergil. Ecl. III 54* Sensibus haec imis, res est non parua, reponas

42, 5 *Pl. Bacch. 468* Ne di sierint *Merc. II 2, 51* a ne di siuerint. *Pl. Ep. II 2, 3* Illud enim nec di sinant

42, 5. 6 *Cicero in Pisonem 14 § 33:* Sic exire e patria . . . ut omnes execrarentur, male precarentur, unam tibi illam uiam et perpetuam esse uellent? *Turpilius Thrasyleone (207 R)*, age age egredere atque istuc utinam perpetuum itiner sit tibi

42, 11 *Pl. Aul. I 2, 22* Si bona fortuna ueniat, ne intromiseris

42, 16 *Cicero in Catil. I 5* Dum modo inter me atque te murus intersit

44, 6 *Festus* p. 261 M. Quot serui tot hostes

45, 4 *Iuuenal. XIII 130. 134* Maiore tumultu Planguntur nummi quam funera . . . ploratur lacrimis amissa pecunia ueris

45, 5 *Pl. Rud. 1257* At ego deos quaeso, ut quidquid in illo uidulost, Si aurum, si argentumst, omne id ut fiat cinis. *(cf. Tibull. I 9, 12) Phaedrus V 6, 6* superum uoluntas fauit, sed fato inuido Carbonem ut aiunt pro thesauro inuenimus

45, 20 ? *Pl. Bacch. 849* Ni illum . . . exheredem fecero uitae suae

45, 25 *Pl. Poen. IIII 2, 92* At enim nihil est, nisi dum calet hoc agitur

46, 6. 13 *Iuuenal. IIII 108* Matutino sudans Crispinus amomo Quantum uix redolent duo funera

46, 14 *Horat. C. III 27, 1* Parrae recinentis omen . . . et praegnans canis

46, 21 *Cicero de finibus 92* At hoc in eo M. Crasso quem semel ait in uita risisse Lucilius, non contigit, ut ea re minus *ἀγέλαστος*, ut ait idem, uocaretur. *cf. Plin. n. h. VII 79 (Lucilii ex libris incertis 176 Mueller)*

51, 9 *Pl. Amph. 682* Opsecro ecastor, quid tu me deridiculi gratia Sic salutas atque appellas quasi dudum non uideris

54, 8 *Cicero in Catil. I 1* O tempora o mores! *Martialis VIIII 70* Dixerat „o mores o tempora!“ Tullius olim

55, 10 *Pl. Epid. II 2, 107* Iura qui et leges tenet *III 4, 90* legum atque iurium fictor, conditor cluet

55, 12 *Pl. Trin. 1060* A nimium Stasime saeuiter. *Ter. Andr. 868* a ne saeui tantopere. *Heaut. 1052* age quaeso, ne tam offirma te Chremes

55, 13 *Pl. Trin. 309* Sin ipse animum pepulit, uiuit, uictor uictorum cluet.

55, 22 *Ter. Phorm. 506* Id quod aiunt: auribus teneo lupum. *cf. Sueton. Tib. 25* ut saepe lupum se auribus tenere diceret

56, 4 *Pl. Trin. 961* Quem ego qui sit homo nescio Neque oculis ante hunc diem umquam uidi, eine aurum crederem? *Amph. 686* immo equidem te nisi nunc hodie nusquam uidi gentium

56, 7 *Pl. Persa II 2, 34* Dic tu, prior rogaui

56, 12 *Ter. Andr. 670* Hac non processit, alia adgrediemur uia

56, 18 *Pl. Trin. 963* Adgrediundust hic homo mi astu. *cf. Vergil. G. III 8* temptanda uiast qua me quoque possim Tollere humo

56, 25 *Ter. Andr. 202* Ita aperte ipsam rem modo locutus nil circumitione usus es

58, 16 *cf. supra ad 55, 10*

58, 19 s. *cf. Pl. Capt. 160 sqq. Curc. 444 sqq. Pers. IIII 6, 20 sqq. Trin. 1021 s.* Taurea: *Asin. 372*

58, 22 *Pl. Mil. 354 s.* PA. Praecepta facito ut memineris —. PH. Cedo uel decem, edocebo

58, 23 *Cicero pro S. Roscio 17* Alter plurimarum palmarum uetus ac nobilis gladiator habetur

Ex antiqua Aulularia praeter fabulae nomen et Euclionis Larisque personas ipsamque ollam auri medio in foco defossam (p. 4, 2 = prol. 8) pauciora expectatione auctor transcripsit: accedunt ad ea quae supra ad 6, 1 et 42, 11 attuli haece:

8, 1 *IV 3, 4* sed ego cesso currere?
9, 13 *IV 10, 59* audi nunciam
26, 7 *IV 4, 28* tecum simul
27, 6 *II 2, 32* habeo gratiam
36, 12 *IV 4, 18 et 27* tui quidquam
40, 17 *prol. 37* sed hic senex iam clamat intus ut solet
41, 7 *I 1, 2* circumspectatrix
41, 19 *IV 10, 35* neque ego aurum neque istaec aula quae siet Scio nec noui
42, 10 *I 2, 12* caue quemquam alium in aedes intromiseris
43, 23 *II 4, 17* uah
44, 24 *IV 9, 10* heu me miserum, miserum, perii male perditus
46, 5 *II 2, 39* aurum huic olet
46, 14 *IV 3, 1* non temere est quod coruos cantat mihi nunc ab laeua manu
52 sqq. *IV 10, 33* aulam auri inquam te reposco quam tu confessus mihi Te abstulisse *etc.*
55, 9 *IV 10, 30* Iam quidem herle te ad praetorem rapiam et tibi scribam dicam.

V.

Addo eiusdem aeui comoediarum uestigia quaedam. Fulgentius Expos. serm. ant. p. 566, 7: Summates dicuntur uiri potentes. Simpolones dicuntur conuiuae: nam et amicus sponsi, qui cum eo per conuiuia ambulat, simpulator dicitur. Sutrius in Comoedia Piscatoria: *summates uiri simpolones facti sunt ganei.*

Fulgentius Mythol. III 8 p. 725 St. Nam et Sutrius comoediarum scriptor introducit Glycerium*) meretricem dicentem: *myrrhinum mihi affert, quo uirilibus armis occursem fortiuscula.*

„Extitit quidem Sutrii alicuius Piscatoria comoedia quaedam, quam usurparet Fulgentius: non fuit autem ea priscae aetatis, uerum medii aeui . . eiusdem fere generis atque Querolus.“ Ritschelius Parerg. p. 29. „Lerschio Fulg. p. 68 Sutrius nomen e Casinae III 1, 10 fictum uidetur: quod non est incredibile.“ Idem ibid. p. 29 adn.

VI. DE AVCTORE AVLVLARIAE

ex Wernsdorfii Prooemio a p. 5 ad 11.

Petrus Daniel et Conr. Rittershusius Theodosii temporibus aut proximis scriptam esse Querolum duabis de caussis arbitrati sunt: primum quod stilum Theodosiani saeculi maxime redolet; deinde quod *ad Rutilium* inscripta est, si modo is sit Rutilius Itinerarii auctor quem saeculo Theodosii fuisse constat. Haec quamquam tantum per coniecturam dicuntur, magnam tamen probabilitatem habent et facile accedentibus aliis rationibus e praefatione Queroli ductis fulciri possunt, quas ipse dudum alio loco attigi, cum de Rutilii uita et honoribus agerem [Tomo V. Poet. Min. pag. 14]. Nempe Rutilium, cui Querolum dedicat auctor, in fine praefationis *Virum Illustrem* salutat, quo titulo in primis designari Theodosiano aeuo Praefectus Vrbi et Magister officiorum solebat, quos honores a se gestos Rutilius in Itinerario pluribus locis indicat. Ad Praefecti Vrbis officium praecipue pertinebat spectaculorum et theatrorum cura, ex iisque Rutilius singularem se uoluptatem capere, colere poetas sui temporis et carminibus delectari haud uno loco significat. [Vid. Itin. lib. 1, 201 seq. 267. 603.] Proinde aptum perso-

---

*) *Glyconem* Stauerenus ed., corr. Ritschelius.

nae huius Rutilii est, quod ei Comoediam auctor dedicat, cuius auspicio egerat, quodque eius in se beneficia et fauorem praedicat, quo sibi *honoratam dederit quietem, quam* dicaret *ludicris*, hoc est otium praestiterit sibi cum honore coniunctum, quod impenderet scribendis et docendis fabulis. Illud etiam Rutilio Numatiano dignum est, quod auctor se *materiam* fabulae e *sermone eius philosophico* affirmat sumsisse. Nam Rutilium Philosophiae studiis omnique eruditioni summopere deditum fuisse facile ex eius Itinerario intelligitur, ubi sermones philosophicos haud raro interserit, et uix cuiusquam rei uel facti uel loci meminit, quin super iis docte et sapienter disputet. Atque ex sermonibus Rutilii philosophicis auctorem Queroli obseruaui nonnullas etiam sententias usurpare, quas Rutilius ipso in Itinerario expromsit. Qualis est locus Act. III, sc. 1 [II 3 p. 32, 13] quo Harpyias, h. e. rapaces Praefectos uel Praefectorum ministros, ita plane describit, ut Rutilius: *Hac atque illac,* inquit *totum per orbem iuxta terras peruolant: digitos ad praedam acuunt curuis timendas unguibus, semperque mensis aduolant; quod contingunt referunt, quod relinquunt polluunt.* Sic autem Rutilius 1, 609:

Harpyias quarum decerpitur unguibus orbis,
Quae pede glutineo, quod tetigere, trahunt.

Non minorem similitudinem aut imitationem sententiarum Rutilii reperio Act. IV Sc. 1 [IV 2 p. 45, 2] ubi impostores et fures thesaurum fraude repertum et rursus perditum deplorant: *Sumite tristitiam, miseri sodales, cucullorum tegmina: plus est hoc quam hominem perdidisse.* Cum enim per *cucullorum tegmina* haud temere monachorum uel cucullatorum uestes intelligantur, uidetur omnino auctor monachorum sui temporis affectatam miseriam et tristitiam, perinde ut Rutilius lib. 1, 443 et 518 fecit, ridere uelle. Et dictionum non obscura similitudo apparet. *Miseros sodales* se appellant illi, ut Rutilius monachos, in sodalitatem coactos, sua professione *miseros* esse pro-

nuntiat: *Quisnam sponte miser, ne miser esse queat?* Et monachis igitur se comparant illi fures, quod se miseros fecerint, thesauro quem in manibus habebant, per stultitiam proiecto, ut monachi facultatibus suis sponte abiectis uel desertis. Et quem admodum illi affirmant: *plus est hoc quam hominem perdidisse,* ita Rutilius de monacho: *Perditus hic uiuo funere ciuis erat.* Aliud iudicium aetatis qua scripta est Querolus, mihi reperire uideor in uoto siue formula, quam dedicationi suae subscripsit auctor: *Viuas incolumis atque felix uotis nostris et tuis.* [p. 5, 2]. Similes enim formulas dedicandi aeuo Theodosii aut paullo superiore usitatas scriptoribus fuisse probat Calendarium uetus Bucherianum et Lambecianum ab H L Schurzfleischio libro de Anno Romanorum Iuliano insertum, quod tempore Constantii Imper. scriptum et Valentino cuidam ab auctore dedicatum est hac formula: *Valentine uiuas floreas. Valentine uiuas gaudeas.*

Praefatio Queroli alia nonnulla suppeditat, e quibus quae conditio et fortuna auctoris fuerit, colligatur. Videtur inde non publico aliquo honore functus, aut lauta in re constitutus fuisse, sed professione Grammaticus aut Rhetor studia litterarum praecipue amasse acriterque coluisse.

Pecunia, inquit [p. 3, 5], *illa rerum ac sollicitudinum caussa et caput, Neque mecum abundans, neque apud te pretiosa est. Paruas mihi litterulas non paruus indulsit labor.*

Ad haec studia persequenda otium et immunitatem nactus est beneficio Rutilii in eoque dedit se maxime fabulis et comoediis tum ueteribus exponendis, tum scribendis nouis quibus scenae operam daret et ludis publicis. Ipsumque hoc otium ut cum honore couiunctum esset, eundem effecisse Rutilium ait, qui se inter proximos et propinquos amicum et familiarem assumserit. Sic enim ad Rutilium:

Qui das honoratam quietem, quam dicamus ludicris,)*
*Inter proximos**) et propinquos honore dignum putas.*

Dubium est, utrum dicat se, cum esset inter propinquos et cognatos Rutilii, singulari honore ab eo affectum esse, an uero se pari loco et honore ac propinquos eius habitum. Alterum hoc fortasse certius. Sed si non propinquum et necessarium Rutilii saltem ciuem et popularem eius, hoc est natione Gallum, fuisse auctorem Queroli, colligas ex uerbis Act. I sc. 2 [p. 17, 1] quae ad personam ipsius scriptoris referenda uidentur: *sic nostra loquitur Graecia.* Cum enim post Ligeris ibi factam mentionem Graecia uix alia possit intelligi quam quae est in Gallia, in qua multus litterarum Graecarum usus obtinebat, hinc *nostram* ille uidetur dicere, quod patria auctoris Gallia esset. Praeterea animaduertendum est magistratu et dignitate praestantes uiros et lautis stipendiis militantes consueuisse hoc tempore secum habere, litteratorum cohortes atque adeo peregrinantes secum urbe educere; quos etiam, ubi opus erat, alere et copiis

---

*) *Quietem* cum sibi tributam dicit, uacationem et immunitatem a muneribus et oneribus publicis intelligit, quae Professoribus et magistris artium indulgetur tit. 3 *de Medicis et Profess.* lib. XIII Cod. Th. quando, ut lex 4. eius tituli exprimit, *securi a molestiis munerum omnium publicorum reliquum aetatis tempus iugiter agitant.* Per *ludicra* intelligit ludicras artes et spectacula quae eduntur in ludis publicis. Sic lex Arcadii lib. XV Cod. Th. tit. 6 de *Maiuma: Ludicras artes concedimus agitari, ne ex nimia harum restrictione tristitia generetur.*

**) Quando *proximos* et *propinquos* coniungit, id existimo non eadem significatione cognationis et honoris fieri. Et *Proximi* uidentur ab auctore nominari certa dignitate praediti, nempe eorum qui *Proximi scriniorum* uocabantur, et tribus scriniis Palatinis, *Memoriae, Epistolarum* et *Libellorum* praeerant, de quibus enucleate egit Gothofredus in Paratitlo ad Tit. 26 libri VI Cod. Th. *de Proximis et Comitibus dispositionum.* Haec scrinia quoniam sub dispositione *Magistri Officiorum* erant, hinc ubi auctor Queroli se ait inter *Proximos* a Rutilio habitum, eum significat tunc Magistrum Officiorum fuisse.

suis iuuare solebant. Hoc in primis de Hephaestione quodam praedicat Symmachus lib. V. Epist. 35, quem simul hortatur, ut eruditos hospites dignitatis suae copiis pascat, *postquam Romanae iuuentutis magistris subsidia sollennis alimoniae detracta sint.* Hoc idem si forte accidit auctori Queroli, apparet ratio, cur amicitiam et patrocinium Rutilii adeo extollat. Quod autem se propinquis Rutilii annumerat, id me recordari facit *Palladii* quem Rutilius sibi genere propinquum narrat, Ostiam usque sese prosecutum indeque Romam ad studia iuris persequenda remissum esse, Itin. 1, 208. Quem quidem affirmare nolim ipsum esse Queroli auctorem, uerum tamen de alio Palladio id fortasse probabilius suspicari liceat, qui antiquo in monumento laudatur atque Ostiae uixit, et propter ipsum Palladii nomen, quod frequens in cognatione et familia Rutilii fuisse uidetur, inter propinquos eius referri potest. Huic defuncto tale monumentum posuit Iulius Nicephorus pater, quod inter inscriptiones ueteres et in Burmanni Anthol. Lat. lib. IV, ep. 220, legitur, nobis olim iam alio loco laudatum [Poet. Lat. min. Tom. III. p. 344.]:

Vt te, Palladi, raptum fleuere Camenae,
Fleuerunt populi, quos continet Ostia dia.

Hoc elogium plane uidetur expressum esse ex epitaphiis quae olim Naeuio et Plauto comicis poetis posita dicuntur apud Gellium [Noct. Attic. lib. I c. 24]. Palladius igitur hic similiter uidetur ob poesin comicam laudari, qua delicias fecerit populo Ostiensi. Populo enim se operam dare dicunt Comici et populum uocant spectatores suos. Terentius in Prologo Andriae: *Poeta id sibi credidit negotii dari, Populo ut placerent quas fecisset fabulas.* Et ipse Noster in Prologo [p. 5, 19]: *Nemo sibimet arbitretur dici, quod nos populo dicimus.* Querolus uero Comoedia acta et proposita uidetur Ostiae. Nonnulli enim loci eius significant fabulam agi in aedibus in ripa ad flumen positis et ad uiam piscatoribus frequentatam et

in ciuitate ad portum sita [uid. Queroli act. I sc. 1 extr. p. 7, 20 et act. III sc. 4 p. 42, 24 sqq., tum act. I sc. 2 p. 18, 11. 18 ubi mercatoris transmarini et foeneratoris aduenae fit mentio]. Quae apprime conueniunt Ostiae ad Tiberim et mare sitae, quandoquidem paria plane de eadem referuntur apud Sueton. de Rhetor. cap. 1: *Aestiuo tempore adolescentes urbani cum Ostiam uenissent, litus ingressi piscatores trahentes rete adierunt.* Erat autem Ostia ut ciuitas amoenissima, quemadmodum uocat Minucius Felix [Octauii cap. 2] ita deliciis uoluptatibusque omnium generum opportuna, quo proinde commeare deliciarum fruendarum caussa ciues urbani lautiores et luxuriosi perinde ut Baias omnis luxuriae sedem solebant. [Iuuenal. XI 49: de luxurioso et guloso homine: *ubi paullum Nescio quid superest et pallet foenoris auctor, Qui uertere solum Baias et ad Ostia currunt.* Sueton. Nero cap. 27: *quoties Ostiam Tiberi deflueret aut Baianum sinum praeternauigaret, dispositae per litora et ripas diuersoriae tabernae parabantur.* caet.] In primis Ostiae celebrari uere ineunte sollennes ludi solebant certaminibus naualibus et natatibus in aqua marina, tum choreis conuiuiis et cantibus in insula Tiberina ad Ostiam amoenissima, ad quos ipse se Consul vel Praetor Romanus cum populo et principibus ciuitatis conferebat, ut nos quondam ex Aethici Cosmographi et Suidae testimoniis ostendimus in Prooemio ad Peruigil. Ven. secuti Andr. Riuinum, qui sigillatim et fuse de ea sollennitate egit in Diatr. *de Maiumis* Maicampis et Roncaliis cap. VII § XI seqq. In tanta ludorum qui Ostiae fiebant celebritate et in perpetua hominum ibi se oblectantium frequentia quis credat scenicas uoluptates Mimorum et Comoediarum defuisse? et Palladium igitur, quem Camenae et populus Ostiensis fleuisse dicuntur, fuisse poetam arbitror, qui Ostiensibus fabulas scriberet. Auctor ipse in Praefatione profitetur se *quietem suam dicare ludicris,* et *ludicras artes* lex Arcadii supra citata appellat, quae celebrari Ostiae in Maiuma solebant. Neque uero Palladium his solum, sed et aliis

carminibus gratiam famamque poetae assecutum esse arbitror, eundemque merito haberi carminum aliquot minorum, quae hodienum leguntur, auctorem. Praeter praefationem Queroli e reliquo eius Comoediae textu perspicimus, auctorem uaria eruditione praeditum fuisse, uersatum in Philosophiae studiis, peritum historiae et naturae rerum, Astrologiae non ignarum, in primis uero affectare Iuris ciuilis et legum Romanarum scientiam, quarum adeo tituli et argumenta aliquot locis laudantur*). Etsi uero earum rerum scientiam neque Palladio quem diximus defuisse credibile est, pulchre tamen uideo, ex iis, quae hactenus per coniecturam deduxi, nondum omnino effici, ut Palladius pro certo auctore Queroli haberi debeat. Fatendum potius est auctorem, dum praetexto Plauti nomine famam et gratiam suo dramati quaesiuit, ipsum propemodum ueri nominis inueniendi uiam praeclusisse.

VII. DE CLODO PEDE ADHIBITO AB AVCTORE

haec Wernsdorfius p. 16.

Ipse auctor *sermonem poeticum* sibi tribuit in prologo, sed idem hunc sermonem *pede clodo* procedere ait, hoc est, neque accurata neque certa pedum lege obser-

*) Paganum hominem fuisse non Christianum ipsa Comoediae scribendae opera et materia docet, quae sane odiosa fuit Christianis doctoribus, quamquam spectaculis et ludis publicis non negata ab Imperatoribus Christianis. Barthius quidem Adu. XLIV 13 ad Christianismum auctoris credendum procliuis est, sed leuis admodum suspicio est quam e uerbis Praefationis [p. 3, 15] capit: *Hinc ergo, quid in uero sit, qui solus nouit, nouerit.* Illa enim *qui solus nouit* manifeste arguere Deum uerum putat. Addere potuisset aliam similem sententiam quae est Act. IV Sc. 2 [V 1 p. 49, 6]: Omnes *homines nunc intelligant, neque adipisci neque perdere ualere aliquid, nisi ubique faueat totum ille qui potest.* Sed philosophi gentiles non dissimilia senserunt de Deo, et qui non solum Larem familiarem, partem cultus ethici inducit, sed et alios Deos eorumque sacra laudat in Dramate, is profecto non Christianum sapit.

uata*). (Hinc *drama prosaicum* uocat G J Vossius de nat. poet. et *fabulam prosam* Thom. Reinesius Epist. ad Bosium p. 175). Nempe Iambos uersus quibus ueteres comici utuntur non meros adhibet, sed iis trochaeos admiscet frequentes, eosque ipsos non puros et ad legem metricam compositos facit, sed ad modos et numeros syllabarum utcumque accommodat ea tamen facilitate, ut saepe uoculae alicuius additione uel traiectione opus sit, ut uersus enascatur. Hunc neglectum uel confusionem metrorum ualde reprehendunt critici, praesertim Barthius et Vossius; ipse uero auctor in fine prologi se defendens ait: *magnos praeclarosque in hac parte se sequi duces, quod in agendum cum clodo pede prodeat.* Et sane sequioribus temporibus, quibus auctor Queroli uixit, hic mos poetarum inualuisse uidetur, ut partim uersus metri uinculis solutiores fingerent, partim metra inter se iungerent diuersa, quae antiqui non miscuissent, partim etiam noua priscis incognita adhiberent. Probant hoc plurima et singularia poemata sequioris aeui, Christianorum poetarum hymni, sepulcralia monumenta uersibus liberrimis scripta, quae in collectionibus epigrammatum et minorum carminum passim leguntur. Trochaicum praesertim genus

---

*) [non recte sic Wernsdorfius interpretatur Danielis uerbis usus: haud dubie clodum est metrum cuius altera pars cum altera non consentit; atque hoc nomen de elegiaco metro praeeunte Ouidio in usu fuit per totum medium aeuum. Nam cum ille dixisset Trist. III 1, 11 *clauda quod alterno subsidunt carmina uersu Vel pedis hoc ratio uel uia longa facit:* e. g. Matthaeus Vindocinensis Tobiae u. 2114 *elegia claudum* ait *Vendicat ornatus integritate pedem.* Alias igitur leges apud nostrum quoque priores enuntiatorum partes secuntur, alias posteriores: illae cum sint ad prosam orationem conformatae, trochaicas eis adiunxit plerumque clausulas. Nec dubium quin haec ratio sit nata ex male uel non satis intellecta uersuum Terentianorum conformatione. — Quod Buechelerus nuper coniecit M. Rh. XXVII 474 Africanum fuisse poetam, cum in nulla alia orbis terrarum parte quam in Africa clodum illum pedem habeant carmina lapidaria, non satis mihi probauit.]

quod admisit auctor, fecit idem haud dubie, quod saeculo suo id plurimum celebrari et uolubilitati sermonis in primis aptum uideret, nec tamen sine auctoritate ueterum. Quippe ueteres etiam comicos subinde trochaicos uersus pro iambis usurpasse et in iis ipsis magna licentia usos esse docet Vossius Instit. Poet. lib. II, 25 p. 131. Sigillatim de Terentio quem inprimis sequi et imitari auctor Queroli uidetur, id obseruat Priscianus (de metris comicis p. 1326 Putsch.: *Terentius trochaico mixto uel confuso cum iambico utitur in sermone personarum, quibus maxime imperitior hic conuenit, quem, puto, ut imitetur, hanc confusionem rhythmorum facere).* Quodsi ipsum metrum parum exacte obseruauit auctor passimque fluentibus sine lege uerbis usus est, nescio an eadem in re ueterum comicorum exemplo se satis tueri possit, qui quamquam senariis loqui uersibus putantur, eos tamen multis modis immutant et saepe tanta licentia tamque turbato metri tenore fluctuant, ut difficulter uersum et numeros intelligas (Cicero in Orat. c. 55: *At comicorum senarii propter similitudinem sermonis sic saepe sunt abiecti, ut nonnumquam uix in his numerus et uersus intelligi possit).* Ipsi affirmant grammatici ueteres comicos saepe negligentius tractare uersus iambicos et paene resoluere ad imaginem prosae orationis, ut similiores sermoni familiari faciant. Sic Terentianus Maurus de metris: *Sed qui pedestres fabulas socco premunt — Paulumque rursus a solutis differant.* (Sic et Euanthius apud Rufinum Gramm. in comment. in metra Terentii: Veteres etsi usi ipsi quoque — ad imaginem prosae orationis.)

Ex quo Aulularíae contextus typis descriptus est, aliquot locis aliter quam antea factum uel legendum uel distinguendum esse intellexímus; ea et si qua alia addenda corrigendaue habebo, subiciam:

4, 12 puram facit *ante Klinkhamerum Daniel spurium iudicauit*
9, 5 *in* L *est* uero. similē
13, 2 Quem tu *non unus* P *sed ω habet: igitur* tu *in contextu reponatur.*
14, 8 *inrepsit distinctio Danielina: at sine dubio legendum* Suscensesne? senio s. e. sibi u. *etc.* 21 fallis *ω tamen* falleris *praetulerim*: *nam* 34, 9 nihil fefellit *praue Klinkhamerus* lapsus est *interpretatur.*
15, 6 infeliciorem esse hunc *non unus* P *sed ω.*
16, 5 deplorare] *aliquando* deoptare *suspicabar.*
17, 1 patus] *an* pastus?
18, 20 Briseiden *forma satis mira est;* Briseidem *uel* Briseidam *auctoris tempori magis uidetur aptum.*
19, 15 *not. de codice isto Danielis uid. praefatio p. XIV not.*
20, 27 *f.* ut haec sponte pateant.
23, 14 *l.* di te seruent! hic bene!
26, 12 *l.* nescio quid *lineola sublata.*
28, 8 *uerba* prolixa *ad* opus est *ad solum Mandrogerontem dicta in parenthesi ponantur.*
29, 6 *l.* Nouum 19 *l.* SYC. 20 uaria *quod uulgo legitur Commelinianorum praelorum est error* 24 cynocephali *aperte falsum, uid. 32, 18; uerumque uidetur quod est in* V *al. m.* capripedes.
30, 20 subrancidus *uocabulum ex Ciceronis or. in Pis. 27 auctor transtulit, ubi haec:* extructa mensa non conchyliis aut piscibus sed multa carne subrancida.
31, 5 *ante* istos *excidit punctum.*
32, 16 polluunt] *cf.* Vergil. A III 234.

33, 16 regium nomen] *minus honorifice Cicero de rep. III fragm. inc. 4 (ap. Schol. in Juuenal. X 362)*: Sardanapallus ille uitiis multo quam nomine ipso deformior.
27 *f.* etiam hoc, confiteor, manet.
41, 22 retineo] *an* redhibeo? *quod facile* retiueo *poterat scribi; cf.* retibens *Orest. 238.*
42, 8 uniuerso hoc triduo] *cf. Terent. Eun. 224.*
46, 20 *an* nec defunctus desinens?
47, 16 fores celeriter uides] *immo* ades.
48, 19 sed *Pareus coniecit ante me.*
21 sed quid ego nunc *Klinkhamerus coniecit.*
22 restat nunc] nunc *del. Daniel*[2] *atque Pareus.*
49, 7 *an* perdere quem ualere?
14 ostenderit] *cf. 4, 4*
50, 26 huc] *cf. Plautus Trin. 156* si ille huc saluos reuenit.
51, 14 missa istaec face: *sic Terent. Eun. 90.*
53, 21 *l.* infitias.
54, 18 hic] *l.* huc *ex Klinkhameri coniectura.*
55, 4 *nescio an* sacrilege *sit aduerbium ut apud Tertullianum apol. 12*; *utique tollenda lineola.*
12 numquam te celeriter usque ad sanguinem] *f.* ne, inquam, tam alacriter u. a. s! *supra 45, 26* Quaeso inquam sodes *54, 1* Tu inquam. usque ad sanguinem incitari solet odium *Cicero dixit,* usque ad necem *Terentius Andr. 199.*
56, 25 etiamne] *l.* etiam nunc.
57, 21 pater familias: *non intellegendus est Querolus, sed Euclio;* sciebat *igitur falsum*; *uideturque* sapiebat *scribendum esse.*
58, 2 tales semper ille dilexit senex *Klinkhameri est coniectura;* talem semper conduxit senex *ego aliquando; at sufficit ni fallor,* duxit *reponere pro* dixit: ducere *pro eo quod est* secum ducere non *insolenter dictum.*
10 *f.* Quid? tu num furem metuis?
59, 20 summoto] *an* sumpto *i. sublato?*

AVLVLARIA

INCERTI AVCTORIS COMOEDIA

Sigla librorum

ω { *L* Leidensis Vossianus lat. Q 83
V Vaticanus 4929
P Palatinus 1615 }
C idem *Grutero aut Rittershusio testibus*
R Parisinus (Pithoeanus) *secundum conlationem adscriptam in L*
p idem *secundum conlationem quam Klinkhamerus habuit*
f Florilegium Berolinense

Personae

LAR FAMILIARIS
QUEROLUS Euclionis filius
MANDROGERUS parasitus et magus
SARDANAPALLUS
SYCOPHANTA
PANTOMALUS seruus
ARBITER

RVTILI uenerande semper magnis laudibus, qui das honoratam quietem quam dicamus ludicris: inter proximos et propinquos honore dignum *dum* putas, duplici fateor et ingenti me donas bono: hoc testimonio hoc collegio; haec uera est dignitas. Quaenam ergo his pro meritis digna referam praemia? pecunia illa rerum ac sollicitudinum causa et caput neque mecum abundans neque apud te pretiosa est. Paruas mihi litterulas non paruus indulsit labor. hinc honos atque merces, h*i*nc man*a*b*i*t praemium. Atque ut operi nostro aliquid adderetur gratiae, sermone illo philosophico ex tuo sumpsimus materiam. Meministine ridere tete solitum illos qui fata deplorant sua? atque academico more quod libitum foret destruere et adserere te solitum? Sed quantum hoc est? Hinc ergo quid in uero sit qui solus nouit nouerit: Nos fabellis atque mensis hunc libellum scripsimus.

Materia haec est. Pater Queroli nostri fuit auarus Euclio. Hic Euclio aurum in ornam congessit olim

---

Plauti aulularia incipit feliciter *LV* incipit *P* 1 uenerandi *V teste Reifferscheidio* 3 et honore *R* | putas *ω* putans *Barthius* quod putas *Klinkh.* dum p. *ego* 7 habundans *P* 9 parus *V* 10 hoc *libri* manebit *PRp* manebat *LV?* manebit *alii* hinc manabit *nescio quis ap. Orellium* 11 phylos. *LV?* philos. *P* 12 tuo materiam sumpsimus *PR* tuo/sumpsimus (materiam *om.*) *V* tuo sumpsimus materiam *L* 13 achad. *LP* 15 quod *C* 17 huncce *Wernsd.* librum *VP* libr//um *ex* libellum *pr. c. L* libellum *mg. p* 18 Argumentum *ante* materia *interpositum atramento V* Explicuit prooemium · Materia incipitur *p* 19 euclyo *bis V* | cogessit (n *al. ss.*) *L*

quasi busta patris odoribus insuper infusis tituloque extra addito. nauem ascendens ornam domi *in*fodit, rem nulli aperuit. Hic peregre moriens parasitum ibidem cognitum filio coheredem instituit tacita scrip-
5 turae fide, si eidem thesaurum occultum sine fraude ostenderet. Locum tantummodo thesauri senex ostendit. Oblitus doli parasitus nauem ascendit, ad Querolum uenit et rupit fidem magum mathematicumque sese fingens et quidquid mentiri fur potest. Ea quae a
10 patrono didicerat Queroli secreta et familiaria quasi diuinus loquitur, Querolus fidem accommodat auxiliumque poscit. Parasitus magus domum purificat et puram facit: sed ubi primum libere ornam inspexit, uetere decipitur dolo: bustum quod simulabatur credidit atque
15 inrisum se putat. Inde ut aliquatenus se ulcisceretur, ornam Queroli in domum callide et occulte obrepens per fenestram pro*p*ulit, qua explosa et comminuta bustum in pretium uertitur. Itaque thesaurum contra rationem et fidem cum lateret pro*d*idit, cum *re*perisset
20 reddidit. Postea re comperta parasitus reuolat et partem petit, sed quia quidquid abstulerit confitetur, quidquid rettulerit non docet, primum furti, post etiam sepulchri uiolator est reus. Exitus ergo hic est: Ille dominus, ille parasitus denuo fato atque

---

1 bustum *Klinkh.* | super *C* 2 nauim *R* | fodit *ω* defodit *Rp* infodit *Canneg.* 4 cognito *P* | c̄stituit *P* 5 fidem *p* 7 dolo *P* ostendit oblitus doli *Barth.* | nauim *R* 8 et rupit] & *ss. pr. L* 9 quicquid] quidquid *P'* 10 Querolo *Canneg.* secrata *L* 11 accomodat *LV* accōmodat *P* 13 facit] //icit *P* puram facit *del. Klinkh.* (*at intellegendum „expiat atque spoliat"*) | Uete// *V* 14 dolo decipitur *P* 15 irrisum *P* 17 protulit *ω* proculit *Grut.* propulit *Daniel uid. infra* | quae *L* | displosa *Rittersh.* 18 bustu *V* | precium *P* | tesaurum (h *pr. ss.*) *L* 19 perdidit *ω corr. Daniel* | perisset *ω correxi, an* aperuisset? 20 prodidit (red ss., *deleto* pro) *V* | prodidit; cum perdidisset reddidit *uel* prodidit; cum reddidisset perdidit *Daniel*[2] *ex amici coni.* 21 quidquid *utrobique V* quicquid *LP* quid *Klinkh.* 22 quicquid a re tulerit *P* 23 uiolati *Daniel* | ergo *om. P* 24 atque merito *om. Rp*

merito conlocantur sic ambo ad sua: Tuo igitur RVTILI inlustris libellus iste dedicatur nomini. Viuas incolumis atque felix uotis nostris et tuis.

Pacem quietemque uobis! Spectatores nost*er* sermo poeticus rogat, qui Graecorum diseiplinas ore narrat barbaro et Latinorum uetusta uestro recolit tempore. Praeterea precatur et sperat non inhumana uoce, ut qui uobis laborem indulsit, uestram referat gratiam. Aulularіam hodie sumus acturi, non ueterem a*t* rudem, inuestigatam Plauti per uestigia. Fabella haec est: Felicem hic inducimus fato seruatum suo, atque *e* contrario fraudulentum fraude deceptum sua. Querolus, qui iam nunc ueniet, totam tenebit fabulam. Ipse est ingratus ille noster, hic felix erit. E contrario Mandrogerus aderit fraudulentus et miser. Lar familiaris, qui primus ueniet, ipse exponet omnia. Materia uosmet reficiet, si fatigat lectio. In ludis autem atque dictis antiquam nobis ueniam exposcimus. Nemo sibimet arbitretur dici quod nos populo dicimus neque propriam sibimet causam constituat communi ex ioco. Nemo aliquid recognoscat: nos mentimur omnia. Querolus an Aulularia haec dicatur fabula, uestrum hinc iudicium, uestra erit sententia. Prodire autem in agendum non auderemus cum clodo pede, nisi magnos praeclarosque in hac parte sequeremur duces.

---

1 sic] suo *Rp* | *post* igitur *Barthius addidit* Vir, *ego* Rutili | illustris *P* illustri *Daniel* 2 incolomis *R* 3 tuis *P* 4 Poeta Pacem *P* | uobis *ω* a *ss. pr. P* uos *Rp* | nostros *ω* n̄roſ. *P* 6 uestro *om. V'* | tempore] τp̄r *P* 7 Preterea *P* | uice *Barth.* 9 ac *ω* at *Daniel* 10 inuestigatam et inuentam *Rp* | fabula (*rubr.*) *Rp* 11 seruato (*ṽ ss.*) *V* | contrario *ω* e contr. *Rittersh.* — 13 ueniet] i. introducetur *p* 16 ille exponat *P* 21 aliquis *P'* 22 Sed an quer. *Rp* | hec *P* 23 hic *Canneg.* 24 ad agona *Melissus* in agona *Orellius*

I 1 LAR FAMILIARIS

Ego sum custos et cultor domus cui fuero adscriptus. Aedes nunc istas rego e quibus modo sum egressus. Decreta fatorum ego tempero; si quid boni est, ultro accerso; si quid grauius, mitigo. Queroli nunc sortem administro huius *in*grati, non mali. Hic exinde sibimet sufficiens fuit, quod primum est bonum, nunc autem etiam locupletissimus erit: Sic meritum est ipsius. Nam quod pro meritis reddendum *bo*nis non putatis, ipsi uosmet fallitis. Ordinem autem seriemque causae breuiter iam nunc eloquar: Pater huius Queroli Euclio fuit auarus et cautus senex. Hic enorme pondus auri olim in ornam condidit: Sic quasi *ossa* paterna uenerans aurum celabat palam. Peregre uadens ornam domi sepeliit ac reliquit ante aras meas: tumulum suis, mihi thesaurum commendauit. Abiit neque redit senex: Peregre moriens uni tantummodo rem indicauit fraudulento et perfido, cui tamen siue oblitus siue superuacuum putans de busto et titulo nihil exponit. Querolo iuxta fatum hoc sufficit. Nunc ergo thesaurus habetur omnibus ignotus et notus tamen. Erat sane facile nobis aurum domino ostendere aut responso aut somnio. Sed ut agnoscant homines nemini auferri posse quod dederit deus, aurum quod fidei malae creditum est furto conseruabitur. Fur ergo iam nunc aderit, per quem nobis salua res erit. Iste ornam cum reppererit, bustum putabit: sic ille prospexit senex. Praedam qui abstulerit, reportabit totumque reddet,

---

Familiar *P* | Ego summus et cultor *V t. Reiffersch.* 1 asscriptus *P* 2 Edes *P* 4 ultro *V* ultra *LP*? 5 sortem nunc *L* | non grati *ω* ingrati *Klinkh.* 6 Sibimet esse subficientem primum bonum est *f* 8 Si pro meritis r. n. non putamus ipsi nosmet fallimus *f* | nobis *ω* uobis *Rittersh.* a nobis *Grut.* bonis *idem* 9 atque seriem *P* 11 queroli *P* 12 ossa *add. Canneg. om. ω* 15 tesaurum *L* | redit *VRp* rediit *LP* — 18 nichil *P* 21 Au resp. (*rec. c.*) *L* 22 somno (i *pr. ss.*) *L* | auferri / (i *ex* e *una litt. erasa*) *L* 23 posse *om. at pr. ss. L* | deus] df. (*at ni f.* eus *ss.* / *V* | male *Rittersh.*

partem *petere* contentus fuit. Itaque bene perfidus alteri fraudem infert, damnum sibi. Tamen ne frustra memet uideritis, exponere quaedam uolo. Querolus iste noster, sicut nostis, omnibus est molestus, ipsi si fas est deo; homo ridicule iracundus, itaque ridendus magis. Disserere cum istoc uolupe est et confutare uanam hominis scientiam. Fatum itaque iam nunc et hominem e diuerso audietis: uos iudicium sumite. Genium autem ipsius esse me, quantum fieri potuerit, cautissime confitebor, ne quod mihi faciat malum. Nam maledicere mihimet numquam cessat ille noctes et dies. Sed eccum ipsum audio, fatum et fortunam inclamitat. Iste ad me uenit, patrem peregre mortuum audiuit. Hui quam grauiter dolet: Vt sunt humana, credo quia nihil relictum comperit. Ecquid ego nunc facio? auolare subito hinc non possum, nimium memet credidi. Oportune amigerum hic tridentem uideo: praesidium hercle non malum. Querolus si molestus esse hodie non destiterit, faciam, ut queratur iustius. Vnde esse hoc dicam? piscatores mane hac praeterisse uidi, ipsis forte hoc excidit.

QVEROLVS. LAR FAMILIARIS I 2

QVER. O fortuna o fors fortuna o fatum sceleratum atque impium. si quis nunc mihi tete ostenderet, ego nunc tibi facerem et constituerem fatum inexsuperabile.

---

1 partem *LP?* parte/// *V* parte *CRp* | petere *addidi* contentus non fuit *Rp* parte incontentus *Grut.* 2 frusta *L'* 5 do *V* 7 hominum *ω* hominis *scripsi* | sententiam *Pareus* 10 michi *P* 11 nam quidem *p* | michimet *P* 12 et cum *V* 13 clamitat *ω* inclamitat *Orellius* 15 nichil *P* | Et quid *ω corr. Orellius* | nunc *om. Rp* 16 hic *P* 17 amigerum *P* | hunc *Koen.* 18 hercle *P* ercle *VL* | moles. (*pr. ss.*) *L* 20 hoc esse *p* | preterisse *ω* QVEROLVS *ceteris omissis P* 24 impium] pium (im *ss.*) *P* | ego tibi nunc *P*

LAR. Sperandum est hodie de tridente, sed quid cesso interpellare atque adloqui? Salue Querole. QVER. Ecce iterum rem molestam: „salue Querole“. Istud cui bono, tot hominibus hac atque illac haue dicere. Etiam si prodesset, ingratum foret. LAR. Misanthropus hercle hic uerus est: unum conspicit, turbas putat. QVER. Quaeso amice quid tibi rei mecum est? debitum reposcis, an furem tenes? LAR. Iracundus nimium es Querole. QVER. Heia, ego officium sum aspernatus, adicit et conuicium. LAR. Mane paulisper. QVER. Non uacat. LAR. Sic necesse est, mane. QVER. Iam istud ad uim pertinet. Age dic quid uis. LAR. Scin tu quam ob causam tridentem istum gestito? QVER. Nescio edepol. nisi quod primum propter inportunos inuentum esse hoc reor. LAR. Idcirco hunc gestito, ut, si me attigeris, talos transfodiam tibi. QVER. Dixin hoc fore? nec salutatio inpune hic datur. Non mala hercle est condicio. Neque te contingo neque me tu contigeris, uale. Ite et conserite amicitias: ecce adfabilitas prima quid dedit? LAR. Mane, ego sum quem requiris quemque accusas homuncio. QVER. Ohe talos ego incolumes ferre hinc uolo. LAR. Non tu paulo ante fatum accusabas tuum? QVER. Accuso et persequor. LAR. Ades ergo huc, ego sum. QVER. Tu fatum es meum? LAR. Ego sum Lar familiaris, fatum quod uos dicitis. QVER. Te ego iamdudum quaero: nusquam hodie pedem. LAR.

---

2 alloqui *P* 4 tot hominibus *al. sed antiqua m. extremo in uersu add.* *L* | /aue *P* | dicere? (*sic*) *R* 5 Mesantropus *ω* 7 Queso *LP* | re. (*pr. c.*) *L* | debitum ne poscis (n *al. ex.* r) *L* d. reposcis *L'VPRp* 9 Hea *L* Heia *VPR* 10 conucium *V* 12 dic quid] quicquid *P* (quicquid *C*) 13 gestio *P* 14 importunos *V* 15 ut si] ut *om.* *R* 16 attingeris *P* | tranfodiam (*rec.* s *ss.*) *L* | Dixin/ *V* Dixi in *P* 17 inpune hic *V* *PRp* hic inpune *L* | hercle *VP* ercle *L* 18 tu me *Rp* 21 Hoe *P* Oe *VL* | thalos *V* | incolomes *P'R* 22 factum *V* 24 factum *V*

Praemonueram de tridente: caue abistinc. QVER. Immo tu caue. LAR. Ego iam prospexi. QVER. Quidnam hoc est praestigium? LAR. Apage sis, homo ineptissime, hic nullum est praestigium. Desiste, nisi excipere mauis trina pariter uulnera. QVER. Attat uero simile esse hunc nescio quem de aliquibus uel geniis uel mysteriis. Iste seminudus dealbatusque incedit, toto splendet corpore. Euge Lar familiaris, processisti hodie pulchre. Sed non totum intellego. Quod seminudus es, recognosco; unde dealbatus, nescio. Egomet iam dudum apud carbonarias agere te putabam, tu de pistrinis uenis. LAR. Hei etiam istud de meo, quod in malis tuis commode iocaris. Audi nunc iam, permouet nosmet Querole tua quamuis inanis querimonia. Idcirco itaque ueni, ut ratio tibi ex integro redderetur; quod nemini antehac contigit. QVER. Tibine rationem rerum humanarum licitum est nosse atque exponere? LAR. Et noui et doceo. Proinde quidquid exinde quereris, hodie totum expromito. QVER. Dies deficiet ante. LAR. Breuiter percurre pauca, de quibus nunc tibi exponantur omnia. QVER. Vnum solum est unde responderi mihi uolo: Quare iniustis bene est et iustis male? LAR. Primum, ut apud uosmet fieri uideo, de persona est quaestio. Cuinam tu uerba promis? tibine an populo? QVER. Et populo et mihi. LAR. Cum tu tibi ipse sis reus, quemadmodum satis aliis multis defen-

---

1 abstinc (c *an* e *uix dignosci potest*) *LP* ab istinc *V* abstine *nescio quis* 2 quodnam *Rittersh.* 3 Apage] i. recede sic sanus sis. *al. add. L* 5 uero similem *ω* simil' est *Pithoeus* 6 quem/// aliquibus (de *er.*) *V* 7 misteriis *L* mysteriis *V* ministeriis *P* 9 siminudus *L* 10 recogno *p* | Egom etiam *P* 11 te agere *C* 14 Iccirco *P* 16 an.^{te} (*al. c.*) *L* 17 LAR F' & noui *V* 18 quicquid *libri* quiquid^{c} *P* 19 expromitto *p* 20 tibi nunc *L* 21 respondere *PRp* 23 nosmet *LP* uosmet *V* 24 questio *ω* | uerba tu *P* 25 michi *P* 26 aliisq: (q· *initio neglectum pr. interposuit*) *L* que *om. V? P* aliis quam multis *Rp* aliis quoque m. *Rittersh.*

sorem te paras? QVER. Ego noui me reum non esse. LAR. Ergo post hac assertio conticescet, si persona exploditur. Inter bonos an inter malos tete numeras? QVER. Etiam quaeritas, quid mihimet ipse uidear, cum de scelestis conquerar? LAR. Si probo de illis tete esse quos accusas, hoc est de malis, pro quibus post hac loquere? QVER. Si criminosum me esse conuiceris, necesse est meritis ut meis sensum accommodem. LAR. Celeriter nunc mihi responde Querole: Quanta iam putas fecisse te capitalia? QVER. Equidem nullum quod sciam. LAR. Nullumne? Ergo exciderunt omnia? QVER. Immo omnia paene retineo, sed scelus nullum scio. LAR. Eho Querole furtum nullum admisisti? QVER. Nu*m*quam ex quo destiti. LAR. Hahahe, hoc est numquam admisisse? QVER. Quod uerum est, non nego. Adulescens quaedam feci, fateor, laudari quae solent. LAR. Cur igitur destitisti de scelere tam laudabili? Transeamus istud. Quid de falso dicimus? QVER. Hem quis autem uerum dicit? Istud commune est, abi. LAR. Idcirco crimen non est? Quid de adulterio? QVER. Attat etiam hoc? crimen non est. LAR. Quando autem licitum esse coepit? QVER. Men rogas? Quasi tu nescias. Hoc est quod nec permitti nec prohiberi potest. LAR. Quid ad haec Querole? Videsne te contra licitum uiuere? QVER. Si tu me ad haec reuocas, nemo est innocens. LAR. Et tamen, non de omnibus tete interrogaui, si reminisceris. QVER. Nihil est amplius? LAR. Nulli igitur mortem optasti? QVER. Nemini. LAR. Quid si conuinco? QVER. Nihil est quod respondeam. LAR. Dic mihi, si soceros numquam habuisti. QVER.

---

3 an *V* aut *LP* 4 queritas *ω* | michimet *P* 5 Sprobo *P* 8 LAR *om. LP adest in V* 10 capitalia te fecisse *Rp* 11 excidere *Rp* 12 pene *ω* 13 Eho (Eh *in ras. al.*) *V* Heo *LP* | Heo· QVER Ecce iterum generale. LAR. Ergo omnia de omnibus confiteris querole furtum *etc. P* 14 Nusquam *VL* Nullum *P* nullum unquam *Orellius correxi* 16 adulescens *R* 20 Iccirco *P* 21 hoc crimen] *interrogandi notam addidi* 22 cepit *P* 30 socios *Par.* socerum *Canneg. at* soceri *socer est cum socru* | *ha*buisti (ha *in ras.*) *V*

Ecce iterum generalia. LAR. Ergo omnia de omnibus confiteris? QVER. Quando sic interrogas? LAR. Quando haec tibi leuia uidentur, nescio quid sit quod crimen putes. Dic mihi praeterea, quotiens perieraueris? Expone celeriter. QVER. Bona hora hoc exaudiat, istud a me semper alienum fuit. LAR. Quanto amplius quam milies perieraueris, hoc requiro; saltem hoc dicito. QVER. Ohe illa tu nunc requiris cotidiana et iocularia. LAR. Non facile intellego, periurium ioculare quid putas. Tamen transeamus quod ut uideo consuetudo iam fecit leue. Quid igitur, sciens prudensque sacramentorum numquam rupisti fidem? Vt alia taceam, numquam iurasti amare te quem iuratus oderas? QVER. Heu me miserum, quid ego hodie mali cum istoc repperi? iuraui saepe, fateor, quod *cum* staret uerbis, non staret fide. LAR. Vrbane. igitur perierasti. fieri hoc solet. Quanto mallem, ut sermo laberetur et staret fides. Tune Querole uerbis te absolutum esse credis? Perierat saepe qui tacet. tantum est enim tacere uerum, quantum est falsum dicere. QVER. Omnia igitur peregisti, totum commerui. Vale. LAR. Immo nihil est actum Querole, nisi sequantur haec duo: primum contra meritum tuum miserum te non esse ut conprobem, secundo etiam felicem tete esse iam nunc ipse intellegas. QVER. Ergone egomet aerumnosus non sum? LAR. Et

---

1 generalia *VRp* generale *LP* | C//rgo (*rasura in litt. E*) *L* 2 QVER Ecce *ad* Confiteris *desunt hoc loco in P: quaere* p 10, 13 4 preterea *ω* | *hic et* 7 *et* 18 pe//ieraueris (*duobus litt. er.*) *V* peieraueris *LP* 7 hoc requ.] hoc *om. Rp* 8 Oe *ni f.* h *ss. atque* e *in ras. V* | illa *om. P* | nun/quam *V* 9 putes *Klinkh.* 14 quid] pro quantum *add. Rp* | isto *Rp* 15 saepe *om. C* | constaret *ω at* con *rec. c. L an significatur lectio R?* cum staret *Daniel* 16 fide/ (s *er.*) *P* | peierasti *ω* | fieri] „*uidetur in cod. P* (*ithoeano*) feri *legi*, *nam et primum* i *deletum est*“ *sic mg. L, falso apud Orellium pro* feri *laudatur* ferri | sermo/// *V* 18 te *pr. ss. P* | esse *pr. ss. L* 20 quantum & *ω* qu. est *Canneg.* 21 peregi/// (sit *er. uidetur*) *P* 25 erumnosus *LP* | eh fateor *Orellius.*

fateor, sed uitio tuo. Atque ut in omnibus reuincare, expone breuiter, de quibus quereris maxime. QVER. Primum tibi, geniorum optime, conqueror de amicis. LAR. Spes bona, quid de inimicis iste faciet? In quo
5 tamen amicitiarum te laesit fides? QVER. Nemo mihi magis molestus quam familiaris neque magis morigerus quam leuiter cognitus. LAR. Quidnam hoc mirum est, si te qui nouit despicit, qui non nouit diligit? QVER. Agimus tibi gratias Lar familiaris, tu nos or-
10 nas in omnibus. LAR. Iam intellego quid querere. Visne breuibus remedium hinc dari? QVER. Valde cupio. LAR. In amicitiam et fidem stultum ne receperis. Nam insipientum atque improborum facilius sustinetur odium quam collegium. QVER. Quid si sapiens non
15 erit? LAR. Stultos ingenio rege. QVER. Quomodo? LAR. Vis te non decipi? QVER. Cupio. LAR. Ne credideris nemini. In tua est potestate; ne decipiaris. cur accusas perfidos? Visne tibi honorem deferri? QVER. Maxime. LAR. Inter miseros uiuito. QVER. Prope
20 uera loqueris. LAR. Visne te non decipi maxime a tuis? QVER. Vellem, si fieri potest. LAR. Dicam quod dictum est prius: nemini te Querole nimis sodalem feceris. Res nimium singularis est homo ferre non patiens parem. Minores despicitis; maioribus inuidetis,
25 ab aequalibus dissentitis. *QVER.* Dic quaeso quid placeat. *LAR.* Ergo secundum uitia et mores quid sit

---

5—7 Nemo — cognitus *atque* Quidnam — diligit *(rubr. mg.* Stultus hoc de se, sapiens de stulto) *f* 8 qui te non nouit *R* 10 in *pr. ss. P* | qu/erere *V* 12—14 In amicitiam — collegium *f* 13 insipientium L^1 *f* 14 Quodsi *C* | nouerit *ni f. L* 16 Ne *er. L an* Te c. n.? 18 Visñe (ñ *ex* ne *pr.*) *L* 20 non *om.*, n *pr. ss. P* 22—25 Nemini — dissentiens *f* 22 querule *V om. f* 23 Res| QVER *rec. mg. add. L et Querolo haece*: Res — placeat *dedit Daniel* | nimium *om. f* | fere *Grut.* 24 paciens *f* | despicit is — inuidet is — dissentit is *Canneg.* decipiens *et* inuidens *et* dissentiens *f* 25 Dic — placeat *Querolo dedit Koenius, notae om. ω* | queso *ω.* 26 *sqq.* quid sit—respue· Quem *om. sed antiqua m. infra add. L*

tenendum discito: Compar*es*, comessationes, uinum, turbas respue. Quem *c*um maxime tibimet obligare uolueris, *t*anto leuius nectito. conuentus uero et dibacchationes et ioca friuola non quaero, ut amorem pariant, utinam nihil odiorum darent. QVER. Quid quod plures huiusmodi societate optime utuntur? LAR. Noui omnia. Illos mihi tu narras, qui totum occultant: nimium uel prudentes uel felices sunt, quos requiris: hoc ad Querolum non facit. QVER. Est aliud quod accusem: pauper ego sum quidem, sicut tu uel nosti uel facis, sed hoc mecum tolerabile est: illud prorsus non fero, quod tenuitati nemo ignoscit, neque cuiquam, ut aliquem dicat pauperem . . . *LAR.* Quid praeterea? *QVER.* hui quantum adiciunt? Stultitiam neglegentiam somnum et gulam: patientia desidiae, acrimonia crudelitati adsignantur. Sic uertuntur omnia. Nemo ad facultates, nemo ad censum respicit. Semper diues diligens, contra pauper neglegens. LAR. Censoribus haec reserua Querole. Nunc autem illud dicito, quod specialiter te inquietat et grauat. Nam ista quae protulisti communia sunt et antiqua paupertatis crimina. Tamen tu neque diues neque pauper es. Hoc si agnosceres, felix eras. QVER. Scisne me nuper patrem

---

1 compara *ω an* comparas? compares *Canneg.* cum pare *Grut.* cum compare *praetulerim* | comesationes *V* comissationes *Klinkh.* 2 Quem tum *LV* quem tu *P* quanto *Klinkh.* cum *ego* 3 quanto *ω* uel tanto *add. Rp. et* tanto *Pareus* | dibacchationes *V* deb. *R* 6 optume *P* 7 tu michi *P* 9 hoc — facit *Querolo dat Orellius* | faciet *p* non pertinet *ss. Rp* 11 mecum] malum *Daniel* 12 tenuitate *P* | neque cuiquam *om. Klinkh.* cuiquam licet *Daniel*[2] 13 ut] aut *P* sufficit *addendum uidetur* | Quid praeterea *Lari dedit Koenius* | preterea *ω* 14 hui *om. p* | quantam *C* | adiciunt ~ *V* 15 somnum *VCR* somnium *L* | Paenitentia *uel* Paentientia *L* Patientia *VP* 16 adsignantur *LV* adsignatur *PRp an* adsignant? | nomina *Rittersh.* 18 neglegens *PR* negligens *LV* 19 querole ~ *L* 22 *s.* tu neque — felix eris *f* | pauper es] es *om. C* 23 agnosces *et* eris *f*

amisisse? LAR. Seruasti praeceptum! speciale hoc plane est, hoc est quod nemini ante hac contigit. Quid igitur? Nonne hoc iustum fuit, bustum ut efferret filius? QVER. Fateor, sed pater ipse nihil reliquit.
5 LAR. Dura deploratio: exequias inanes tibi contigisse luges? Irasceris ergo, non doles. patri certe nihil defuit tibique hodie nihil defit. Non enim hoc parua hereditas. Suscensesne senio saltem extremo? Sibimet uixit, qui semper tibi? Vtinam tu heredibus tantum
10 relinquas, quantum reliquit Euclio. Dic ergo aliud, iam istinc nihil audio. QVER. Seruus mihi est quem tolerare nequeo, Pantomalus et mente et nomine. LAR. Felicem te Querole, si unus tibi est Pantomalus: multi Pantomalos habent. QVER. Sed plures audio qui suos
15 etiam laudant? LAR. Isti peiores habent. QVER. Cur igitur laudant? LAR. Quia quid deperdant nesciunt. QVER. Tempestas maxime fructus meos abstulit: numquid commune hoc fuit? LAR. Non uno genere homines puniuntur. Tibi tempestas obfuit, alter aliud pertulit.
20 QVER. Ohe consortes mei iam dudum nihil incommodi pertulerunt. LAR. Fallis turpiter. QVER. Da quaeso ueniam, ignorabam peculiarem tibi curam esse hanc de consortibus meis. Adhuc habeo quod obiciam: Vicinus mihi malus est. LAR. Ecce rem uere malam.
25 Tamen Querole de uno isto quantum etiam hic praestiterim uide: Vicinum malum pateris unum tantum; quid faciunt illi qui plures habent? QVER. Conserua istum quaeso Lar familiaris, ex uoto meo tuere quem praestitisti, ne forte nascantur duo. LAR. Quid si etiam

---

2 antehac nemini *P* 3 iustum hoc *PRp* 4 reliquid *P* 6 *post* Irasceris *punctum est Rp* 7 tibi tibique *Canneg.* 9 //uixit (co *er. uidetur*) *P* 10 reliquid *P* 11 iam] nam *Rittersh.* 12 Pantom.] totus malus *ss. p* 13 Facilem *ω* felicem *Rp* ῥεῖα ζῶντας *confert Barth.* | tibi es *L* | multi multos *Rittersh.* 16 quid perdant *Rp* 17 maxima *Rittersh.* | Nunquid *V Lari dat Daniel* 18 homines] omnes *C* 20 Oe *L* Ohe *V* Sed *P* 24 est malus *P* 27 faciant *Rittersh.* 28 J *ante* ex *V* | tuere *om. P'*

hinc uincimus? Dic quaeso nunc mihi: quem tu putas feliciorem? tete an istum de quo quereris? QVER. Quidnam hic simile est? Aut numqu*idn*am dubitari potest feliciorem eum esse qui alterum queri conpellit, quam ille qui ad querelam confugit? LAR. Hem Querole, uis iam nunc facimus, ut infeliciorem esse hunc scias? QVER. Valde cupio. LAR. Sed hoc egomet tibi tantum indicabo. Paululum aurem accommoda. QVER. Cur non aperte loqueris? Numquidnam etiam tu times? LAR. Quidni timeam qui tecum uiuo? Aurem accommoda. QVER. Age dicito. Hahahe, habeat teneat possideat seque cum suis. Laute edepol nos accipis doctor. *LAR.* Nonne? *QVER.* certe iam nihil conqueror. LAR. Quid istuc Querole? paululum tibi ita uidetur, rursum ad ingenium redis. Sed quoniam miserum te non doces, superest ut felicem comprobem. Dic quaeso Querole, sanus es? QVER. Ita arbitror. LAR. Quanti hoc aestimas? QVER. Hoc etiam imputas? LAR. O Querole sanus es et felicem te negas? Vide ne postmodum felicem te fuisse scias. QVER. Iam superius dixeram: bene mecum agitur, sed iuxta alios male. LAR. Certe apud te bene. QVER. Fateor. LAR. Quid quaeris amplius? QVER. Quare alii melius? LAR. Iam istud ad inuidiam pertinet. QVER. Sed recte inuideo, nam sum deterior inferioribus. LAR. Quid si feliciorem tete edoceo, quam sunt isti de quibus dicturus es? QVER. Tum igitur facies, post hac Querolus nullum

---

1 tu *om. V'* 2 te te *ex* ẽẽ te *factum uidetur L* 3 numquam *ω* numquid *Daniel correxi* 4 conpellit *V* 6 inf. ẽẽ hunc *P* 7 Valde / cupio *V* | egomet *in ras. pr. P* 9 numquid (*om.* nam) *Rp* 11 Hahahe — suis *Lari dedit Canneg.* 13 Nonne *Lari datur uulgo, personae om. ω* | conqueror ⁓ *(sic) R* 15 rursum a. i. redis *Querolo dat Gruterus* 16 cõprobes *P* 18 hoc *pr. ss. P* | hoc etiam] .i. sanitatem .s. inter bona *add. Rp.* 19 sanus—negas *f* | felicem te *Rp* 23 quẽris (e *in* ę *al*) *L* | aliis *P* 25 inferiori//bus (a *er.*) *L* | inferior deterioribus *Grut. fort.* Non *uel* Num sum d. i.

ut permittat queri. LAR. Vt negotium sit breuius et lucidius, argumenta remoueo. Tu fortunam dicito, cuius tibi condicio placeat, sortem autem quam ipse uolueris iam nunc dabo. Tantum illud memento: Ne
5 putes posse te aliquid deplorare atque excipere unde aliquid legeris. QVER. Placeat optio. Da mihi diuitias atque honores militares uel mediocriter. LAR. Istud tibi praestare ualeo. Verum illud uide, si tu ualeas implere quod petis. QVER. Quid? LAR. Potes bellum
10 gerere? ferrum excipere? aciem rumpere? QVER. Istud numquam potui. LAR. Cede igitur praemio atque honoribus his qui possunt omnia. QVER. Saltem aliquid nobis tribue in parte ciuili et m*inister*iali. LAR. Vis ergo omnia et exigere et exsoluere? QVER. Attat hoc
15 excidit, iam neutrum uolo. Si quid igitur potes, Lar familiaris, facito ut sim priuatus et potens. LAR. Potentiam cuius modi requiris? QVER. Vt liceat mihi spoliare non debentes, caedere alienos, uicinos autem et spoliare et caedere. LAR. Hahahe, latrocinium, non
20 potentiam requiris. Hoc modo nescio edepol, quem ad modum praestari hoc possit tibi. Tamen inueni, habes quod exoptas: Vade ad Ligerem uiuito. QVER. Quid tum? LAR. Illic iure gentium uiuunt homines, ibi nullum est praestigium, ibi sententiae capitales de
25 robore proferuntur et scribuntur in ossibus; illic etiam rustici perorant et priuati iudicant: ibi totum licet.

---

1 ut *om.* ω *add. Klinkh.* 2 furtunam *L'* 3 conditio *VP* | autem] ante *P* 5 deflorare a. excerpere *Burmann.* 6 legeris] .i. elegeris *add. p* | Place/t (a *er.*) *P* placeat inquit tibi optio aut electio mea *mg. add. Rp* 11 Caede ω | premio ω 12 his *om. P'* | Sal//tem (u *er.*) *L* 13 miserabili ω et miseria me leua *Orellius, correxi* 14 nomina *Klinkh.* | et exig.] et *om. Rp* | et exsol.] & *ex* aut *P* 15 uolo///// Si *L* 17 liceat mihi *VPp* mihi liceat *L* 18 cedere ω 19 et non pot. *C* 21 ammodum *V* 22 ligerem *P* ligerem (e *in ras.*) *V* 24 prestigium ω 25 robore] *gl.* arbore *Rp* | in oss.] in *del. Daniel* | lillic *P*

Si diues fueris, patus appellaberis: sic nostra loquitur Graecia. O siluae, o solitudines, quis uos dixit liberas? Multo maiora sunt quae tacemus, tamen interea hoc sufficit. QVER. Neque diues ego sum, neque robore uti cupio. Nolo iura haec siluestria. LAR. Pete igitur aliquid mitius honestiusque, si iurgare non potes. QVER. Da mihi honorem qualem optinet togatus ille, muneras quem maxime. LAR. Rem prorsus facilem nunc petisti. Istud etiam si non possumus, possumus. Visne praestari hoc tibi? QVER. Nihil est quod plus uelim. LAR. Vt maxima quaeque taceam: sume igitur tegmina hieme trunca et aestate duplicia; sume laneos coturnos, semper refluos *laceros* quos pluuia soluat, puluis compleat, caenum et sudor glutinet; sume calceos humili fluxos tegmine quos terra reuocet, fraudet limus concolor. Aestum uestitis genibus, brumam nudis cruribus, in soccis hiemes, cancros in tubulis age; patere inordinatos labores, occursus antelucanos, iudicis conuiuium primum postmeridianum aut aestuosum aut algidum aut insanum aut serium. Vende uocem, uende linguam, iras atque odium loca: In summa pauper esto et reporta penatibus pecuniarum aliquid, sed plus criminum. Plura etiam nunc *a*dice-

---

1 patus] *fort.* παχύς *FHaasius* | appellaueris *Cp* 2 grecia *P* | sollit. *P* | quid *P* | uos *om. P* non uos *Orellius* | dixet (e *in* i *c.*) *P* 3 interea (a *al.*) *P* 4 ego sim *Rittersh.* 7 qualō *P* | obtinet *V* 8 quem maxime muneras *Rp* | mmneras *P* 9 nun (c *rec. add.*) *L.* 10 praestari V praestare *LP* l' ri *ss. P atque* ri *rec. add. L* | Nihil plus quod uelim (est *om.*) *Rp* 13 carceres ω calceos *Rp* l'calceos *ss. P* laceros *scripsi* | qos (*pr. c.*) *L* 14 et puluis *P* | pului *V'* | cenum *R* 16 aestu *Rp* | uestis (ti *ss.*) *P* | bruma *L* (Rp) P^2 brumā *VP'* 17 hieme *et* cancro *Grut.* | crancos *R* | in tubulis. age p. *Daniel, corr. Pithoeus* 18 antelucanos iudicis *coniunxit Klinkh., at uide* 41, 6 conuiuator iudicum 19 iudici (s *pr. ss.*) *V* 20 serum *P* 22 pauperes esto (*ab* edendo) *Koenius* 23 dicerem ω adicerem *Klinkh.*

rem, nisi quod efferre istos melius est quam laedere
QVER. Neque istud uolo. Da mihi diuitias quales
consecuntur illi qui chartas agunt. LAR. Sume igitur
uigilias et labores illorum quibus inuides. Aurum in
5 iuuenta, patriam in senecta quaere, tiro agelli, ueterano fori, ratiocinator erudite, possessor rudis, incognitis familiaris, uicinis nouus omnem aetatem exosus agito, funus ut lautum pares. heredes autem deus ordinabit. Istis nolo inuideas Querole. Saepe condita luporum
10 fiunt rapinae uulpium. QVER. Heia, nec chartas uolo. Tribue saltem nunc mihi peregrini illius et transmarini mercatoris sacculum. LAR. Age igitur, conscende maria, te tuosque pariter undis et uentis credito. QVER. Istud egomet numquam uolui. Da mihi saltem uel
15 capsas Titi. LAR. Sume igitur et podagram Titi. QVER. Minime. LAR. Neque tu capsas continges Titi. QVER. Neque istud uolo. Da mihi psaltrias et concubinulas, quales habet auarus ille fenerator aduena. LAR. Habes nunc plane tota mente quod rogas. Sus-
20 cipe quod exoptas toto cum choro. sume Paphien Cytheren Briseiden, sed cum pondere Nestoris. QVER. Hahahe, quam ob rem? LAR. Habet hoc ille cuius tu sortem petisti. Eho Querole, numquam audisti: Nemo gratis bellus est? Aut haec cum illis habenda sunt,
25 aut haec cum his amittenda sunt. QVER. Adhuc inuenio quod requiram: Da mihi saltem impudentiam, LAR. Vrbane edepol, tu nunc omnia quae negauerim concupiscis. Si toto uis uti foro, esto impudens; sed

---

1 quod *om. P* 3 consequentur *P* | cartas *V'P* 4 inuides *pr. ss. L* | curiam *Franc. Daniel* 5 iuuenta (in *pr. ss.*) *P* 6 eruditus *c. S Victor.* | rudi *P* 8 heroes *LV* heredes *PRp* hæredes *rec. add. L* 9 quer°le *P* | Sepe *VP* 10 Heia] He *P* | ne cartas *p* 11 nunc saltem *p* | nun (c *pr. ss.*) *L* | michi nunc *P* 16 Neqtu *omisso compendio L* Neq'tu *V* 21 breseiden *ω* | nestoris (n *in ras.*) *V* 22 ille] Nestor *ss. p* 23 Eho *V* Heo *LP* hae ó *Rp* 24 est *pr. ss. L* | illis *L* his *VPR* 25 Adhuc] Atat *Canneg.* 26 *sqq.* impud. *V*

sapientiae iactura facienda est nunc tibi. QVER. Quam ob rem? LAR. Quia sapiens nemo est impudens. QVER. At abi Lar familiaris cum tua disputatione. LAR. At abi Querole cum tua querimonia. QVER. Numquamne mutabitur calamitas? LAR. Quamdiu tu uixeris. QVER. Felices ergo non sunt. LAR. Sunt aliqui, sed non illi quos tu putas. QVER. Quomodo? Si ostendero iam nunc tibi aliquem et sanum et diuitem, felicem hunc negabis? LAR. Diuitem potes nosse, sanum esse quid putas? QVER. Corpore bene ualere. LAR. Quid si aegrotat animo? QVER. Istud egomet nescio. LAR. O Querole, inbecilla tantum uobis corpora uidentur: quantum animus est infirmior. Spes timor cupiditas auaritia desperatio esse felicem non sinunt. Quid si nescio quis ille alius in corde alius est in uultu? Quid si laetus publice maeret domi? Vt maiora reticeam, quid si uxorem non amat? quid si uxorem nimis amat? QVER. Si nemo felix, nemo igitur iustus. LAR. Etiam hinc respondeo: Sunt aliqui fateor iusti prope, sed prima est horum calamitas. Estne aliquid quod requiras? QVER. Immo edepol nihil. Meam mihi concede sortem, quando nihil melius repperi. LAR. Igitur quamquam felicem esse te constiterit, tamen etiamnunc beatiorem te futurum ut agnoscas uolo. Aurum hodie multum consequere. QVER. Ludis nos, fieri hoc non potest. LAR. Quam ob causam? QVER. Quia non est uia. LAR. Sane difficile est nobis facere atque inuenire, quod tu non intellegis. QVER. Dic quaeso: Numquid rex aliquid largietur? LAR. Nihil.

---

impud. *L* 3 disputione *LC* | Ast *R* 5 mutabis *L* mutabitur *VP* | o calamitas *Rp* 9 sanum esse] ee̅ *pr. ss. L* 11 egrotat *ω* 13 quantum] at quanto *c. S. Victor.* | t/imor (r *er. non* i) *L* 14 inesse *LPR* (.i. non esse *gl. Rp*) esse *V c. Victor.* | non s. *V* non *om. ceteri* | Quis si *p* 15 qualis ille est Daniel² *ex codice* (?) | ille] totum est hoc infelicitas *add. Rp* | est *ss. pr. L* 16 latus *P* | pulice *P* 19 hinc] huic *P* 21 michi c. meam sortem *P* 22 sortem] paupertatem *gl. p* 23 quanquam *ω* | te *om. C* 29 numquis *Grut.* rex aliquis *Wernsd.*

QVER. Numquid amicus donabit aliquis? LAR. Nihil. QVER. Numquid ex transuerso quispiam me heredem instituet? LAR. Nihil minus. QVER. Numquid thesaurus alicubi defossus apparebit ante oculos meos? LAR. Atqui si thesaurus domi tuae lateret, prius alteri esset ostendendus quam tibi. QVER. Et quemodmodum sum habiturus egomet, quod mihi nullus dabit? LAR. Vade iam nunc et quicquid contra te est, facito. QVER. Cur ita? LAR. Sic expedit. fallenti credito et circumuenienti operam atque adsensum accommoda, fures si ad te uenerint, excipe libenter. QVER. Tum si aliquis meis aedibus facem subiciet, iuberesne me oleum infundere? LAR. Noueram te crediturum non esse. QVER. Fures mihi ac praedones cui bono? LAR. Vt si quid tibi spei aut praesidii est, totum auferant. QVER. Cur ita? LAR. Vt sis diues. QVER. Quo modo? LAR. Bona si perdideris tua. QVER. Quam ob rem? LAR. Vt sis felix. QVER. Quo modo? Lar. Si fueris miser. QVER. Istud plane est quod saepe audiui: obscuris uera inuoluere. Sed quid facere me iubes? LAR. Quod contra te putas. QVER. Dic ergo quid sit, ne fortasse aliquid pro me faciam nescius. LAR. Quicquid egeris gesserisue hodie, pro te fiet. QVER. Quid si egomet nolo? LAR. Velis nolis, hodie bona fortuna aedes intrabit tuas. QVER. Quid si aedes obsero? LAR. Per fenestram defluet. QVER. Quid si et fenestras clausero? LAR. O stulte homo, prius est, ut hae pateant ipsaque sese tellus aperiat, quam ut tu excludas uel submoueas quod mutari non potest. QVER. Igitur, quantum intellego,

---

1 QVE *L*, *in V promiscue* QVE *et* QVER *apparet* | aliquid *ω* aliquis *Klinkh.* 4 meos?] *interrogandi nota deest V.* 12 facem] .i. ignem *p* | iuberes *P* (iubesne *C*) 13 Nonueram *P* 14 predones *L* 15 presidii *ω* 19—20 sed quid — putas *ut iterationem odiosam eorum quae sunt supra delere uult Klinkh.* | contra] .i. contrarium tibi *p* 25 obsecro (c *in ras.*) *V* 26 Quid & si *P* 27 he *P* tecta *Koen.* 28 apperiat *P*

non mihi praestatur, quod uelim nolim faciundum est. LAR. Neque ego id expectabam, ut gratias ageres, sed ut Querolum te constaret in omnibus. QVER. Tu nunc quo tendis? LAR. In aedes tuas immo nostras me recipio. Inde ibo quolibet. Ita tamen usque quaque peruagabor, ut te numquam deseram. QVER. Incertus ego sum factus magis hodie quam semper fui. Quid ergo nunc faciam cum responso huius modi? Cui-quamne oraculum tale umquam datum est, ut ipse sibimet mala quaereret, aut non excluderet, si fieri posset, ingruentem miseriam? Perde, inquit, si quid est tibi domi, ut adquiras plurima. Mea si mihi auferantur, aliena quando aut quis dabit? Vade, inquit, fures require, praedones recipe in domum. Primum hoc si cognosci atque etiam si probari potuerit, nonne iudex iure optimo pessum dabit tamquam latronum conscium? Sed ubinam fures ipsos modo requiram? ubi inuestigem nescio. Vbinam illa est cohors fuliginosa uulcanosa atra, quae de die sub terra habitant, nocte in tectis ambulant. Vbi illi sunt qui urbane fibulas subducunt quique curtant balteos? Nisi fallor, unum ex ipsis uideo. Atque ecce rem gerit. Hem tibi clamo inpostor. Ohe cessa, euge seruata est fibula. Attat spes mihi nulla est: mandato excidi. Interdictum fuerat, ne obuiarem furibus: uerum ne excluderem,

---

1 mihi *pr. ss. L* m/// P | praestator *P* | quod uelim nolim (qđ *al. ss.*) *P* | non mihi pr. quod uelim: Faciundum est (*om.* nolim) *Klinkh.* | faciendum *Pp* patiundum *Grut.* 7 "hodie "magis *P* 8 ego *C* | Cuiusquam///ne *V* Cuiusquā/ne *L* cuiquamne *aut* cui usquam *Grut.* 9 un/quam *V* 10 quereret *ω* 11 inq (d *al. ss.*) *P* | quid est] quidem *P* 12 acquiras *V* 13 aliena] pro alia *ss. m. saec. XVI L* 14 predones *ω* 17 conscium (m *in ras.*) *P* 18 uestigem *P* | est/cohor//s *P* 19 de die] de *om. R* | terras *ω* terris *Klinkh.* terra *scripsi* 21 subdicunt *P* 22 ecce rem (e *in ras.*) *P* 23 Oe *VL* Oe *P* 25 uerum ne] neue *Klinkh.*

hercle hoc stultum est; nihil prorsus hinc placet. Atque edepol nisi fallor, iste qui apud me est locutus, urbanus est homo. Num quodnam meritum nunc meum, ut mihi potissimum res diuina ostenderetur? Hic
5 nescio quid est praestigii. Vereor hercle, ne furtum quod denuntiabat iam perfecerit. Ego me hac intus refero atque hominem, si repperero, continuo producam foras.

II 1 MANDROGERVS. SYCOFANTA. SARDANAPALLVS

MAND. Multum sese aliqui laudant qui uel fugaces
10 feras uel pugnaces bestias aut uestigiis insequuntur aut cubilibus deprehendunt aut casu opprimunt. Quanto mihi maius est ingenium et lucrum, qui homines uenor publice? Sed quos homines? diuites et potentes et litteratos maxime. Mandrogerus ego sum parasitorum
15 omnium longe praestantissimus. Aula quaedam hic iacet, cuius odorem mihi trans maria uentus detulit. Cedant iuris conditores, cedant omnia cocorum ingenia, cedant Apici fercula: huius ollae conditum solus sciuit Euclio. Quid miramini? aurum est quod sequor,
20 hoc est quod ultra maria et terras olet. Quid ad

---

1 prosus (r *pr. ss.*) *L* 3 Numquidnam *Pp* Numqidnam *R* | nunc *ex* hunc *P* 5 prestigii *ω* 7 produc/am *P* *Personarum catalogus abest P qui non nisi* MANDROGER' *praefigit* 9 ultum aliq sese *P* aliquid *p* | uel *pr. ss.* *L* | pugnaces feras u. fugaces b. *VLP* 10 insecuntur *P* 12 mihi////maius *P* | inienium *P* | et l.] ad lucrum *Canneg.* | uenor] .i. deludo uel decipio *R* 13 *post* homines *interrogandi nota erasa V* | litteratos *V* literatos *L* ditteranos (l'ueteranos *al. mg.*) *P* 17 Caedant *LV* | Caedant *L* | cocorum *V idem cum rasura super* or *P* coqu. *L* 18 caedant *L* | Apicius (Apicus *p*) proprium nomen glutonis qui primus coquinae usum inuenit et de condituris multa scripsit consumptoque omni patrimonio pudore egestatis uenenum hausit. cuius et Iuuenalis in primo libro meminit *gl. Rp* | conditum] .i. saporem R 20 terras *LP*² terra *VP*¹

haec uos dicitis nouelli atque incipientes nunc mei? Quando haec discere potestis? quando sic intellegetis? quando sic docebitis? SYCOF. Atqui si scias, Mandrogerus noster, quale egomet somnium nocte hac uidi? MAND. Dic obsecro si quid est boni? SYCOF. Nocte hac uidebam thesaurum quem sperabamus nobis uenisse in manus. MAND. Quid tum? SYCOF. Videbam ex parte solidos. MAND. Ah istud non placet. SYCOF. Erant praeterea uncinuli hamati, torques et catenulae. MAND. Dic quaeso, aliqua insuper non somniasti uincula et uerbera? SARD. Infaustum hercle hominem, solum hic non uidit carcerem. Ohe homo prodigiose, ego te iamnunc explodo cum uerbis tuis. Nocte ista ego in somnis funus uidebam. MAND. Di te seruent hic bene. SARD. Et nos ipsi funus illud nescio quo ferebamus. MAND. Optime. SARD. Insuper etiam deflebamus defunctum illum quasi alienum tamen. MAND. Audin tu istaec stulte homo? Talia egomet etiam manifesta malo quam tua somnia. Funus ad laetitiam spectat, lacrimae ad risum pertinent, et mortuum nos ferebamus: manifestum est gaudium. Ego autem meum uobis narrabo somnium prorsus manifestissimum. Dicebat nescio quis somnianti nocte hac mihi seruari manifesta fide, nec cuiquam alteri concessum esse aurum illud inuenire nisi mihi. Sed insuper adiecit: ex istis opibus hoc tantummodo mihi profuturum quod consumpsisset gula. SYCOF. Optime edepol somniasti. Quid autem aliud quaerimus, nisi tantum quod sufficiat uentri et gulae? SARD. Pulchre edepol somniasti,

---

5 SYCF *V* 7 Q^{d} tum (d *al. ss.*) *P* 8 Ha *LP* ah/ *V* 9 preterea *LP* | hamati L^1V^2 amati L^2V^1P .i. circulati *Rp* | catenule// *P* 10 quaeso *uirgula super* a *adiecta L* | ali (qu *al. ss.*) *P* alia *C* 12 Oe *L* Ohe *V* hohe *P* 14 insomnis *ω* in somnis *Par.* 16 MAND Optime S. I. e. deflebamus *desunt P* 19 spectat (t *al.*) *V* 20 lacrime *V* 24 äurum *V* 25 illum LP^1Rp illud VP^2

felicem te Mandrogerus nos*que* qui tecum sumus. MAND. Sed heus tu, Sycofanta noster, nisi me fallit traditio, iam peruenimus. SARD. Ipsa est platea quam requiris. SYCOF. Recurre ad aediculum cito. MAND. Sacellum in parte, argentaria ex diuerso. SYCOF. Vtrumque sic est. MAND. Ventum est. Quid praeterea? MAND. Domus excelsa. SYCOF. Apparet. MAND. Iligineis foribus. SARD. Ipsa est. MAND. Attat quam humiles hic fenestras uideo? Euge hic frustra clauduntur fores. Tum praeterea inermes quantum inter sese distant regulae. Secura hercle regio hic mihi, et fures nil nocent. Sed interius mihi aurum olet. Alia temptandum est uia. Heia nunc Sycofanta noster tuque Sardanapalle: Si quid nobis ingenii comitatis et uirtutis, nunc totum ostendite. Ego tamquam cynicus magister inuenta et inclusa trado gaudia, retia uosmet obsidete, dum percurro cubilia. Iam omnia tenetis animo quae iamdudum diximus quaeque exinde meditamur nocte ac die. SYCOF. De atrio porticus. *MAND.* Recte rationem tenes. SARD. In sacrario tria sigilla. MAND. Conuenit. SYCOF. Arula in medio. MAND. Sic sunt omnia. SARD. Aurum ante aram. MAND. Hoc iam nostrum est. Quid, ipsius Queroli indicia iam tenetis? SYCOF. Melius hercle quam tua. Tu uide an diuinare possis, nos mentiri nouimus. MAND. Ego istuc in parte

---

1 nos qui *VLRpP*[1] nos qui *P*[2] „*fort.* nos q, qui" *rec. add.* in *L* | sumus] .s. locuti *gl. Rp* 2 hus (*pr. c.*) *L* 4 Returre *V* | aediculum ϖ aediculam *Daniel* | cito *ex* tito *P* 6 sic est] est *rec. in ras P* | preterea *LP* 7 *ex.* MAND *om. R* 8 Iliginis *LP?* Iligineis *V* ilignis *R* 9 hic *pr. ss. L* fenestras hic *Rp* 10 foras *P*[1] | preterea ϖ 13 temtandum (*pr. ss.*) *V* 14 sardonapalle *L* sardinapalle *V* sardinapelle (*al. c.*) *P* | comitatis] hic prudentiae alias pulcritud *gl. R* 15 cinicus *V* 16 indusa *L* 17 cubila *L V? P?* cubilia *Daniel* 19 porticus· Inrecte ϖ M. Recte *Daniel* Tu recte *Orellius* in dextra. M. Recte *Klinkh. conl. p.* 34, 23 20 sygilla *P* 22 [illegible] etiam *P* (Hoc etiam iam *C*) 24 tuam *p*

hac deambulatum ibo, illinc obseruabo atque ubi res uel ratio postularit, continuo hic adero. SYCOF. Nos quoque paululum istac secedamus, ne suspitionem improbitas paret.

QVEROLVS. SYCOFANTA. SARDANAPALLVS II 2

QVER. Noster ille qui mecum est locutus, nusquam apparuit neque aliquid subripuit intus. Iste plane homo non fuit. SARD. Hem ipse est. Vellem hercle *a*dire hunc hominem quem uidi modo. Ego magos mathematicosque noui, talem prorsus nescio. Hoc est diuinare hominem, non qualiter facere quidam risores solent. QVER. Hem quemnam diuinum isti esse dicunt? SARD. Sed hoc nouum est quod uidi modo. Vbi te aspexerit, primum tuo te reuocat nomine, dein parentes seruos atque omnem familiam exponet; quasi nouerit quid tota gesseris aetate quidue postea sis acturus, totum edisserit. QVER. Bellus hercle hic nescio qui est, non praetereunda est fabula. SYCOF. Quaeso sodes, adgrediamur hominem illum ratione qualibet. SARD. O me stultum atque ineptum qui non consului statim. SYCOF. Et ego hercle uellem, verum ut nosti non uacat. QVER. Cur non omnia *reco*gnosco? saluete amici. SYCOF. Saluus esto qui saluos esse nos iubes.

---

2 adero /// /// /// /// (SYCOF *erasum uidetur deestque eius oratio*) QVERVLVS (*sequitur lacuna* 24 *litterarum*) Noster ille *P* 3 suspicionem *V*.

8 audire *ω* adire *scripsi* | hunc *om. C* | uidi modo] uidimus *Rp* (m^{9} *pro* m̊ *legit librarius*) 9 noui] uidi *P* 10 qualiter /// facere (diu *er. uidetur,* facere *ni f. in ras.*) *P* 12 uidi modo] uidimus *Rp* 13 Vb^{1} *P* | te uocat *P* 14 exponit *Daniel*^{2} 15 gesseris *P* gesserit *LV?* 16 bellus] pro bono *gl. R* 17 qui/est (s *er.*) *L* qui est *VP* | es *Rp* est *om. Klinkh.* | preter *ω* eunda est *ex* eundae sit *L* | queso *ω* 19 O me *V* Omẽ *LP*^{1} | //stultum (di *er.?*) *P* | consilui *p* 20 Uirum *V* | uaccat *V* 21 Omã *LV* Omia *P* | agnosco *ω correxi* 22 esse *ss. P* | esse non *p*

QVER. Quid uos, secretumne aliquod? SARD. Secretum a populo, non secretum a sapientibus. QVER. De mago nescio quid uos audiui. SARD. Ita est, de nescio quo nunc sermo erat qui omnia diuinat. Verum quisnam ille homo sit nescio. QVER. Estne talis aliquis? SARD. Maxime ergo, Sycofanta, ut dixeram, per te tuosque mi sodes te rogo, ut illac uenias mecum una simul. SYCOF. Iam dudum dixi, ultro et libenter irem, si uacuum nunc esset mihi. SARD. Mane paulisper. QVER. Quaeso amice, ne te subripias tam cito, egomet quoque scire cupio, quisnam iste est, de quo sermo nunc erat. SYCOF. Edepol nescio, quid aliud mihi est negotii. Cognati atque amici iam dudum me expectant domi. SARD. Magna hercle hominis difficultas et persuasio. Neque nunc te amici expectant neque cognati. Paulisper mane. QVER. Quaeso amice, si mea non est odiosa societas, consulere uobiscum uolo. SARD. Vereor hercle, ne difficilem se nobis faciat, si plures uidet. SYCOF. Optime edepol. Ecce sodes comitem quaerebas, habes. Mihi molestus ne sies. QVER. Quaeso amice, si huic ita uidetur, *a*beat: nos illac una simul. SARD. Atqui isto nobis est opus, quoniam hominem illum uidit et nouit bene. QVER. Iustum est, ut nobis hodie operam impendas, quoniam sic ratio expostulat. SYCOF. Immo hercle iste illum nouit melius atque ille hunc familiariter. QVER. Sed quaeso nunc uestram fidem, quisnam hic homo est, uel cuius loci? SYCOF. Quantum comperi, Mandrogerus uocatur, hoc scio. QVER. Attat pulchrum hercle nomen, iam hoc de

---

1 aliquod *LVP*² aliquid *P*¹*Rp* 3 nescio quo *Klinkh.* 4 quisnam *ex* quidnam *L* 6 Maxime. Ergo *Grut.* 7 mi sides *P* | uenias *bis scriptum L semel VPRp* | metum *P* 9 nunc *pr. ss. L* 15 expectant amici *P* 16 mane paulisper *C* | amici *p* 17 ʰodiosa *P* 20 sties *P* 21 habeat *ω* abeat *Pithoeus* | sumul *L* | .s. eamus add. *Rp* 22 atque *ω* atqui *Pithoeus* | isto *pr. ss. L* istâ *P* 23 est~ *L* 24 inp. *L* imp. *VP* 25 iste (e *ex* a) *P* 28 hoc nescio *P* 29 hercle *om. Rp* | hoc] hinc *Canneg.*

magis existimo. SYCOF. Primum praeterita edicit. Si omnia cognoscis, tum de futuris disserit. QVER. Magum hercle hominem tu narras: et consuli hunc non placet? SYCOF. Volo equidem, sed paulisper non uacat. QVER. Age da operam amicis, nobis quoque similiter impera, si quid uoles. SYCOF. Habeo gratiam; quoniam istud uultis, fiat. Sed audite quid loquor: huius modi homines impostores esse. QVER. Hem sodes, ipsud uolebam dicere. Certe ferulas non habet neque cum turbis ambulat. SYCOF. Hahahe, tales hercle consulere hic deberet homo curiosissimus. SARD. Verbis quantum uult ille fallat, plus de nobis non licet. SYCOF. Si uobis ita uidetur, placeat, ut ego hominem scisciter atque ut omnia perquiram non uno modo. Si mihi ille de omnibus respondere potuerit, sciatis uere hunc esse diuinum uel magum. SARD. Dixisti optime, sed eccum ipse hac praeterit. ita ut uolui contigit. Quanta in ingressu grauitas, quanta in uultu dignitas? QVER. Adgrediamur hominem atque a publico seuocemus, ut secreto disseras.

QVEROLVS. MANDROGERVS. SYCOFANTA. II 3. SARDANAPALLVS

QVER. Salue Mandrogerus. MAND. Saluos esse uolo. QVER. Tu quoque incolumis esto sacerdotum

---

1 preterita *ω* 2 recognoscis *R* agnoscis *Orellius* somnia cognoscit *Scaliger* | Magum *LV?* Magnum *PR* 3 tu hominem *P* 4 non uacat] mane *P* 5 simileter *L* 7 q d *P* 8 inp. *LP?* imp. *V* | impostores] st *ex* rt *pr. c. V* | ipsud *VL*² ipsū id *P* ipsud *ex* ipuid *ni f. L* 11 hic *om. Rp* 12 de nobis] *gl.* pro in nos R contra nos *p* 13 placeat *P* | scisciter (e *ex* u) *P* 14 mihi *L* michi *P* m// *V* 16 esse hunc *Pp* | magnum *P* (et magum *C*) | SARD *in ras. V* | et cum *P* 17 preterit *ω* 20 disserat *L* disseras *VRp* disserant *P* | *desunt nomina praeter* SARDANABALLVS (*sic*) *P* | SARD.] *litt. A syllabae* DAN *in ras. V.* 21 Saluos esse uos uolo *C Rp at* uos *pr. ss. P* 22 *post* uolo *uersus dimidia pars usque ad marginem textu caret P* | incolomis *PR*

maxime, quoniam laudaris ac diligeris plurimum merito tuo. SYCOF. Scin tu Mandrogerus, quid ex te uoluimus noscere? MAND. Quaenam? fortasse noui. SYCOF. Consulere de quibusdam uolumus et cognoscere tuam
5 insignem sapientiam. MAND. Non equidem constitueram, sed quoniam ita uultis, consulite, ut respondeam. SYCOF. Quaesumus, ut libenter nobis operam tuam impendas. Prolixa nunc disceptatione opus est. MAND. Dicite quid uelitis. SYCOF. Primum ut exponas quae-
10 sumus, quae sunt optima sacrorum genera uel cultu facilia. MAND. Duo sunt genera potestatum: unum est quod iubet, aliud quod obsecundat: Sic reguntur omnia. Praeclarior maiorum potestas, sed minorum saepe utilior gratia. Verum de maioribus
15 neque mihi dicere neque uobis audire est utile. Itaque si et inuidiam et sumptum euitatis, sperate ab inferioribus. SYCOF. Quaenam ista sunt obsequia, quibus obsequi nunc oportet? MAND. Dicam celeriter. Tria sunt in primis: planetae potentes, anseres im-
20 portuni et cynocefali truces. Has tu effigies omnibus in fanis et sacellis si intueri uel placare potueris, nihil est obstare quod possit tibi. SYCOF. Illosne quaeso tu mihi planetas loqueris, numeris qui totum rotant? MAND. Ipsos nec uisu faciles nec dictu affa-
25 biles, atomos in ore uoluunt, stellas numerant, maria aestimant, sola mutare non possunt sua. SYCOF. Egomet audieram, quod ipsi omnia gubernarent. MAND.

---

2 uolumus *R* 3 noscere] no *pr. ss.* *P* | Quaedam *Rittersh.* 8 inpendas *LP* imp. *V* | nunc] ũ *R* | ŏpus disceptatione ĕst *L* | disceptione *C* 9 Primũ/ (s *er.*, ũ *ex* u *pr.*) *L* 11 facillima *p* 13 *s.* Praeclarior — gratia *f* 18 "nunc 'obsequi *V* 19 importuni *LV* inportum (*sic*) *P* 20 cinocefali *LP* | effugies *L* effigies *VP* 21 intueri (ri *in lacuna* 4 *litterarum*) *V* intueare *LP?* *unde* inturare *Danaeus* mitigare *Daniel* | placere *P* 25 in orbe *Canneg.* 26 estimant *VP* | sola /// /// mutare (mutare *bis fuisse scriptum uidetur*) *P* 27 gubernare *ω* *correxi*

Hahahe, hic si aliquid gubernari censes, nescio ubi naufragium dixeris. Vbi rerum omnium penuriam esse norunt, illic homines congregant. Summa est medella, uicissim alia ut euerrant loca. Messes hac atque illac transferunt diris tempestatibus omnesque fructus paucorum improbitas capit. SARD. Nonum tibi est transferri messes? MAND. Istis licet rerum omnium species atque formas ut libuerit uertere. Sed quot gradibus et transfusionibus? aliud ex alio iubent. Triticum ex uino subito fieri uideas, uinum ex tritico. Iam flaua seges hordei facile efficitur ex quouis titulo et nomine. Mortales uero animas siue inferis siue superis addere nullus labor. SARD. Vides ergo tam potentes placari oportere? MAND. Hahahe, paucis hoc licet, sacraria istaec nimis superba sunt et sumptuosa maxime: si obaudire uultis, exiguo uotum soli sacello soluite. SYCOF. Et oracla istaec ubinam specialiter sunt expetenda? MAND. Vbi libet, hac atque illac, sursum deorsum, in terra in mari. SVCOF. Et quisnam infelix deprehendere aut adire possit haec tam uaga sidera? MAND. Adire *non* facile est, abire impossibile. SYCOF. Quam ob rem? MAND. Mysteria sunt in aditu diuersa et occulta, quae nos soli nouimus: Arpyiae, cynocephali, furiae, ululae, nocturnae striges. Absentes hydris congregant, praesentes uirgis submouent. Ita

---

3 non regant *L* non regant *P* ñ regant congregant (*posterior uox pr. del.*) *V* congregant *Rp* 4 medela *PR* | euertant *VP* euertat *L* everrant *Daniel*[2] | ac *P* 8 Sed] SARD. *ss. P* | quot *VP*[2]*R* quod *LP*[1] 9 *interrogandi nota erasa V* | aliud] MAND. *ss. P* 15 sumptuosa· Maxime si *ω post* maxime *dist. Klinkh.* 17 SYCOF. Et] Et *er. P* | oracla *VP?* oracl'a *L* oracula *C* | istaec] ista// *P* | spetialiter *ω* 18 expetenta (*ss.* d) *V* 19 in terra *om. P* | et in mari *p* | Ecquisnam *Grut.* 20 uaria *uulgo* 21 facile *ω* difficile *Klinkh. propter p.* 30, 1. *ego* non *addidi* 22 aùditu *P* 23 Arpigiae *VP* Arpigae *pr. c. L* 24 cynocephali] capripedes *al. in ras. V ubi sequitur lacuna* 3 *litterarum*

neque abesse licitum est nec adire tutum. Turbas abigunt et turbas amant. Quid plura qu*aeris*? Si te numina diligunt, ne tu quicquam hinc noueris. SYCOF. Atqui sacerdos noster, mysterium hoc iam displicet. De secundo illo genere anserino edissere atque expone, si quid est boni. MAND. Isti sunt qui pro hominibus perorant ante aras atque altaria, quibus cygnea sunt capita et colla. Reliquias edere mensarum solent. Isti sunt ariolorum longe fallacissimi, tantum est, quod uota hominum interpretantur et *u*ale precemque dicunt, sed responsa numquam eli*ci*unt congrua. SARD. Hosne tu olores esse narras? ego in sacellis proxime anseres inspexi multos, neminem uidi cygnum. magnis gutturibus capita attollunt, alas pro manibus gerunt. Primum inter sese linguam trisulco uibrant sibilo. inde ubi sonuerit unus, cuncti alas quatiunt diris cum clangoribus. MAND. Non paruo explentur isti. Panem neque nouerunt neque uolunt, hordea insectantur fracta et madida, spicas nonnulli uorant. Quidam etiam polenta utuntur et carne iam subrancida. SYCOF. En sumptum inanem. MAND. De istis quondam magnus dixit Tullius: „Anseribus cibaria publice locantur et canes aluntur in Capitolio.“ SYCOF. O genus hominum multiforme et multiplex! his egomet fuisse arbitror matrem

---

1 licitum] est *om. p* | a//dere (*u er.*) *P* 2 Turbans P^1 | Quid plura querole? *ω* Querole *del. Klinkh.* (*uid. infra*), quaeris *ego* 3 ne/ (c *er.*) *P* | quicquam (c *et* m *al.*) *V* | hinc *al. ss. P* 4 Atq; *P* 7 p/erorant (h *er.*) *P* | antae *P* 8 colla & capita (*pr. c.*) *L* 10 male *libri* uale *Scaliger* 11 eligunt *libri* eliciunt *Canneg.* 15 lingua (*al.* s *ss.*) *V* lingua *p* | sybilo *L* 16 *s.* Plautus in Querulo de anseribus: Cuncti — clangoribus *Seruius ad Vergil. A. III* 226 | sonuerit///unus (son *er.*) *P* | quatiunt (t *pr. m.*, *in locum* s *erasi*) *L* | cum] con *V* | cla/goribus (s *er.*) *P* 18 facta *P* 21 ianem *P* 22 Anseribus — Capitolio: *Cicero pro S. Roscio c. XX* § 56 | collocantur *P* | ca/nes (r *er.*) *V*

Circen, Proteum patrem. SARD. Edepol neque isti placent. Cynocefalos nunc expone, si meliores putas. MAND. Isti sunt, qui in fanis ac sacellis obseruant uela et limina, quibus a pectore capita sunt canina, alui *obesi*, pandae manus: aeditui custodesque istos 5 Hecuba quondam, postquam uere facta est canis, Anubi nupta nostro latranti deo, omnibus templis ac delubris semper denos edidit. Sic a pectore biformes, infra homines, sursum feras. Itaque ubi ignotus precator templa petierit, hinc atque hinc multisono cuncti la- 10 tratu fremunt. Vt adeas, tantum dabis, ut perorare liceat, multo plus dabis. Mysterium de religione faciunt et commercium. Quae communia sunt et gratuita, uendunt foris. Istis omnibus litandum: si paruo nequeas, at quanti queas. Respicite ad homines pote- 15 statesque uestras et nobis ueniam date mihique credite: deus facilius aditur quam probe cognoscitur. SYCOF. Actum est neque istos uolo, nihilque inter omnia quae narrasti improbius puto. SARD. Felices uos qui non cynocefalos pertulistis. Ego autem ipsum uidi Cer- 20 berum, ubi, nisi ramus aureus adfuisset, Aeneas non

---

1 circien *p* | protheum *ω* | patrém prótheum *L* 2 placet (*pr. c.*) *L* 4 et] ad *Canneg.* 5 alui des *ω* aluides *uno uerbo C* alui densi *R* aluidens i *p* albi dentes *Rittersh.*, alui grandes *Daniel* auidae et *uir doctus ap. Daniel.* alui pedes *Koen.*, alipedes *Canneg.*, alui obesi *scripsi* | *pro* pandae *al. in ras.* curuę *habet V* | aedituos *Canneg.* 6 ecuba *ω* | an (ubi *ss. al.*) *V* 7 latrati (*al. c.*) *L* 8 sep *R* | denis (*pr. c.*) *L* 9 homimes *L* | ignotos *P* 11 orare *P* 13 commertium *L* | cõmmunia (o *ex* u) *P* 15 at *L* ut *VRp* aut *P* 16 mihi (*om.* que) *C Rp* 17 facili/us (f *er.* *P* | aditur] acbtur *P* (acbutur *C*) | prole *LV* prolem *P* | cognitur *ω* | prole cognoscitur *Daniel* probe c. *Anonymus Leid. n.* 501 probe colitur *Daniel*[2] aditur, Querole, quam cognoscitur *Scaliger* proles cognoscitur *Canneg.* pro te *uel* pro re cogitur *Klinkh.* quam pro templis ianitor *Lennepius* pro lite cognitor *Wernsdorfius* 18 istum *p* 19 potõ *L* | Felices] *Mandrogero tribuit Klinkh.* 20 cinoce falsos *P* | uidere malim *Canneg.* 21 *Vergili A. VI* 406.

euaserat. SYCOF. Quid de simiis? MAND. Istae sunt quae futura scribunt, gesta quae uos dicitis, hominumque fata leuibus uoluunt paginis. Non quidem periculosa haec animalia, sed molesta atque improba. Quas illic sannas, quos corymbos uideas, si nummos asperseris? Nam si insuper nuces et sorba dederis, omnem popellum ceperis. SYCOF. Arpyias quaeso praeteristi quae semper rapiunt et uorant. MAND. Istae sunt quae uota hominum obseruant atque honores numinum. Non solum sollemnia, uerum etiam extraordinaria requirunt et parentum debita. Si aliquid ad diem praesentatum non est, cum tormentis exigunt. Hac atque illac totum per orbem iuxta terras peruolant. Digitos ad praedam exacuunt curuis timendos unguibus. Semperque mensis aduolant, quod contingunt, auferunt, quod relinquunt, polluunt. Istaec prodigia alere quam nosse malo. Sed neutrum placet. SARD. Noctiuagas etiam praeteristi, celeres, capripedes, hirquicomantes. MAND. Innumerabilia sunt haec prodigia, sed ignaua et uilia. Solum hoc est quod secuntur atque obseruant unice Panem deum. SYCOF. Omnia sacra tute ipse improbasti: quaenam igitur praedicas? MAND. Quoniam simpliciter interrogastis, scitote inter istaec omnia nihil esse melius, quam ut aliqui fato nascatur bono. QVER. Et ita suspicamur.

---

1 simiis] sim' *P* 2 gestaque quae *Canneg.* 3 paginis *bis V* 5 illac *P* | corimbos *P* colymbos *.i.* *κυβιστεύματα*, *saltationes Scaliger* ronchos *ATurnebus* | nummos non asp. *ω* non *del. Klinkh.* 7 pupillum *ω* popellum *Canneg.* | Arpigias *L* Arpygias (gias *al. m.*) *V* Arp///gias (hi *er.*) *P* | queso *P* 8 uolant *ω* uorant *Klinkh.* 9 h numinum *P* 10 sollempnia *P* .i. consuetudinarios *gl. R* 11 debitū L^1 12 pres. *ω*

13 iuxta//terras *P* 14 predam *ω* | exaguunt *P* 16 Istahec *PRp* 17 alere] ualere *C* 18 Noctiuagos *CRp* | Noctiuagas // preteristi (etiam *om.*) *P* | preteristi *ω* | celeres] & *ss. P* 20 sequuntur LV^2 secuntur V^1P 21 deum] dm̄ *ω* domini *Daniel* | atque *ss. P* 23 predicas *ω* | MAND *om.* P^1 | interrogasti *C* 24 ista hec *PR* | omnia *V*

Sed fatum ipsum qualiter tandem coli uel propitiari potest? MAND. Dicam: genii sunt colendi, quoniam ipsi decreta fatorum regunt. Isti sunt placandi atque exorandi simulque, si qua intra aedes latet, mala fortuna uincienda atque exportanda est. QVER. Pulchre edepol doces, sed ut facilius nunc sequamur omnia, da nobis experimentum tuae potestatis et sapientiae. quoniam ea quae noueras narrasti, nunc, si potes, ea quae nescis dicito. MAND. Non equidem ex integro fieri istud potest. Tamen accipite pauca de quibus intellegatis cetera. Certe egomet neque mores neque facultates uestras didici. SARD. Certum est. MAND. Tu Sardanapalle pauper es. SARD. Agnosco, uerum tamen uereor, ne plures hoc sciant. MAND. Humili loco natus. SARD. Ita est. MAND. Ideo tibi contra regium nomen datum est. SARD. Ita aiunt. MAND. Homo es uorax, petulans et calamitosissimus. SARD. Eho Mandrogerus, numquidnam hoc sum precatus, ut uitia enarres mea? MAND. Mentiri mihi non licet. Estne adhuc quod narrare me uelis? SARD. Vtinam ne istaec quidem de me locutus esses! si quidem ulterius, haec amicis dicito. SYCOF. Ego te Mandrogerus hoc exoro, futura nunc mihi ut enarres, et ea tantummodo quae sunt bona. MAND. Ego non possum nisi a capite exponere. Tu Sycofanta nobili et claro natus es loco. SYCOF. Ita est. MAND. Ab initio nequam. SYCOF. Etiam hoc confiteor, manet. MAND. Damna te premunt. SYCOF. Verum est. MAND. Periculum saepe tibi incumbit igni ferro flumine. SYCOF. Pulchre edepol om-

---

1 coli] *in ras.* colī *P* (coli uel *om. C*) 5 uinciendu *P* | export.] ex *al. ss.* *P* | *post* est *rasura* *P* 9 nescitis P^1 11 intellegatis VLP^2 intellegas L^1 | caetera *LP* 13 sardinapalle *VP* | Veruntamen *L* 14 sciat *p* 15 contra] .i. per contrarium *gl. L* 17 calamita/sissimus (s *post* a *er.*) *P* | Heo *LP* Eho *V* 18 suprecatus *P* 19 non *om.* *P* | Estne *VR* Esne *LP*? 20 adhuc aliquid quod *Rp* | ista et *LV* ista hec *P* 21 si quid u. hoc *Canneg. f.* si quid est 27 Dampna *P* 29 fero *(al. c)*. *V*

nia narrauit quasi qui mecum uixerit. MAND. Datum tibi est de proprio nihil habere. SYCOF. Intellego. MAND. Sed de alieno plurimum. SYCOF. Iam istud nobis sufficit. Nunc illud te quaesumus, ut etiam
5 huic responsa tribuas homini minime malo. MAND. Ita fiat. Heus tu amice, tun Querolus diceris? QVER. Di te seruent, ita est. MAND. Quid horae nuncupamus? SYCOF. Inter sextam et tertiam. MAND. Nihil fefellit, de clepsydra respondisse hominem putes. Hem
10 quid igitur? Mars trigonus, Saturnus Venerem respicit, Iuppiter quadratus, Mercurius huic iratus, sol rotundus, luna in saltu est. Collegi omnem iam genesim tuam Querole. Mala fortuna te premit. QVER. Agnosco. MAND. Pater nihil reliquit, amici nihil largiuntur.
15 QVER. Verum est. MAND. Vis totum audire? Vicinum malum pateris, seruum pessimum. QVER. Agnosco omnia. MAND. Vis et nomina seruulorum tibimet etiam nunc eloquar? QVER. Audire cupio. MAND. Seruus tibi est Pantomalus. QVER. Verum est. MAND. Est alter
20 Zeta. QVER. Manifestum est. SYCOF. O sacerdotem diuinum. MAND. Visne adhuc amplius? scisne a me domum tuam ignorari? QVER. Maxime. MAND. Porticus tibi est in dextra, ut ingrediaris, sacrarium e diuerso. QVER. Ita sunt omnia. MAND. In sacrario
25 tria sigilla. QVER. Verum est. MAN. Tutelae unum, geniorum duo. QVER. Iam iam comprobasti potestatem

---

6 heus te *R* | tuṅ *L* tun *V* tu/ *P* ne *(om.* tu) *Rp* 7 dii *ω* | QVER. Dii te — nuncupamus? MAND. Inter — tertiam. SYC. Nihil — putes QVER. Hem q. igitur? MAND. Mars *etc. nescio quis in Danielis ed. altera* | orae *p* 8 sextam] secundam *Daniel marg.* | tertiam] septimam *Klinkh.* | MAND. Nihil *PRR* QVER. Nihil *L*[1] *Queroli nomen erasum L*[2] 9 cleps.] horolc gium aquaticum *gl. R* | hominem respondisse *L* 10 *sq.* Mars — saltu est *et* Mala — premit *Luitprandus Antapod. c.* 11 11 iupiter *P* | huic] tibi *Liutpr.* 13 te premit] p̃ 8+ *L* 14 reliquid *P* 17 seru.] famulorum *Rp* 20 G *Danielis hic et infra* 23 ut] unde *Canneg.* 26 iamiam] iam *p* „*f.* iam tuam" *Daniel in L adnotauit*

ac disciplinam. nunc remedium promito. MAND. *Ti*bi celeriter consuli potest et sine sumptu ac mora. Sacrarium certe solum ac secretum est. QVER. Ita. MAND. Certe nihil est illic conditum. QVER. Nihil praeter sigilla. MAND. Sollemnitas quaedam ibidem celebranda est, sed religio tecum omnes exclusit foras. QVER. Vt libet. MAND. Religio per extraneos celebranda est. QVER. Ita fiat. MAND. S*ed* quosnam possumus nunc inuenire tam cito? optimum erat atque oportunum, isti si uellent operam nunc tibi dare. QVER. Quaeso amici, officium nunc et religionem impendite. Ego quoque, si opus fuerit, uobis operam praestabo meam. SYCOF. Nihil quidem istinc nouimus, sed si ita facto opus est, fiat. SARD. Inhumanum est uotis operam denegare. MAND. Bene dicitis, ambo estis boni. QVER. Pro nefas, mene quasi ex consilio nunc solum fore. Hem Pantomale, celeriter iam nunc peruola et arbitrum uicinum nostrum, ubicumque iam nunc reppereris, usque ad nos pertrahe. Sed noui egomet te: Vade iam nunc et cauponibus tete hodie colloca. MAND. Nescis Querole factum ac decretum mo*u*entis rei? QVER. Quid igitur? MAND. Hora est synastria, istaec mihi placet. Nisi iam nunc aliquid geritur, frustra huc uenimus. QVER. Eamus igitur intus. MAND. Tu praecede, nos tecum s*i*mul. Hem quod exciderat: Estne

---

1 promitte *C* | Vbí *ω* Tibi *Daniel* 3 Itast *Canneg.* 4 illi *L* illic *VPRp* | preter *LP* 5 Sollempnitas *P* 6 sed — excludit *in ras. P* | excludit *PRp* 7 est] ẽ *al. V* 8 Si *LP? V*² Se *V*¹ Sed *scripsi* | quos iam *Canneg.* Si quos nunc possimus *Klinkh.* | nunc *ss. P* 9 tam cito *in ras. P* | oport. *ω* 11 impendite· Ego *(arculo pr. m. coniuncta uerba) L* 14 Inumanum *(h al. ss.) V* 15 naegare *P* 16 nunc *VPR* non *L* 17 patomale *P* | nunc iam *P* | arbitrum] iudicem *gl. R* 18 repperis *(pr. c.) L* 20 Nescio *P*¹ 21 factum *V* fatum *Daniel* | ac decretum *ss. P* | monentis rei *ω* momentis regi *Pithoeus* .i. imminentis *gl. Rp* mouentis *scripsi* 22 constellationaria *gl. R* | Synastria istaec *Pithoeus coniunxit* | Ista hec *PR* 23 placent *P* 24 intus (intu *in ras.) P* | precede *L* 25 sumus *ω correxi*

aliqua tibi arcula inanis? QVER. Non una quidem. MAND. Una tantum est opus, in qua lustrum illud exportetur foras. QVER. *E*go et claues largior, ut inclusa excludatur calamitas. MAND. Omnia sunt per-
5 acta, quod bonum faustum felixque sit huic domui. Nos praesto sumus.

II 4 PANTOMALVS SERVVS

PANT. Omnes quidem dominos malos esse constat, et manifestissimum est. Verum satis sum expertus nihil esse deterius meo. Non quidem pericu-
10 losus ille est homo, verum ingratus nimium et rancidus. Furtum si admissum domi fuerit, execratur tamquam aliquod scelus. Si des*t* tui aliquid, uide *ut* continuo clamat et maledicit quam male. Sedile mensam lectum si aliquis in ignem iniciat, festinatio nostra ut solet,
15 etiam hinc quaeritur. Tecta si percolent, si confringantur fores, omnia ad se reuocat, omnia requirit. hercle hic non potest ferri. Expensas autem rationesque totas propria perscribit manu. Quidquid expensum non docetur, postulat reddi sibi. In itinere autem
20 quam ingratus atque intractabilis. Quotiens est autem antelucandum, primum uino, dein somno indulgemus: hinc primum est iurgium. Post autem inter somnum et motum necesse est, ut sequantur plurima: Turba trepida, perquisitio iumentorum, custodum fuga, mulae

---

2 opus// in *P* 3 QVER / Ergo *P* | Ergo *ω corr. Daniel* | in clausa *P* 4 parata *Grut.* 5 sit. huic d. nos *R* 7 PANT. Omnes *V* PANT. *om. LP* 8 expertus//nichil (st *er.*) *P* 11 fuerit domi *Rp* 12 destui *L* de | stui *V* destitui *PRp* destrui *Daniel* | uideat *ω* uiderit *Rp* | si dest tui aliquid, uide ut *scripsi* 14 in inignem *P* 15 quaeritur queritur *LP V* | percolent] .i. si pluuia transfundantur *P* | confringatur (*pr. c.*) *L* 17 ferri *in ras. P* feri *V* fieri *p* | Expænsas L^1 18 proprias *ss. P* | quidquid *V* 20 est *al. ss. P* | .i. ante lucem surgendum *gl. R* 23 metum *ω* temetum *Daniel* motum *Klinkh. et Wernsd.* 24 trepidatio *Rittersh.*

dispares, iuncturae inuersae, mulio nec se regens: h*inc* r*ur*sus noua in itinere culpa. Quando autem alius f*ac*it i*ter*, paulisper patientia totum istud emendat *et* mora. At contra Querolus causam ex causa quaerit, aliud ex alio ligat. Moueri inutile carpentum non 5 uult neque animal debile: continuo *con*clamat: „Quare istud non suggessisti prius?“ quasi ille prius uidere hoc non potuerit. O iniqua dominatio. Ipse autem si culpam fortassis aduertit, dissimulat et tacet et tum litem intendit, quando excusatio nulla iam subest, ne 10 postea succurrat illud: „iam uolebam facere“, „iam uolebam dicere“. iam, quotiens ultro citroque extrudimur, necesse est remeare ad diem. Atque, ut agnoscatis penitus artem hominis pessimi, unam semper ultra iustum nobis largitur diem, ut ad praescriptum 15 reuertamur. Nonne iste irarum causas quaeritat? Nos autem semper quicquid libet, aliud alio fuerit tempore, illam nobis specialiter diem tribuimus qua redituri sumus: Itaque dominus, qui falli sese non uolt neque decipi, quem Kalendis uelit adesse, redire iubet pri- 20 die. Illud autem quale est, quod temulentum execratur atque agnoscit quam cito? modum qualitatemque uini in uoltu et labiis primo conspectu uidet [falli se pror-

---

1 inuersae (i *in ras.) P* | nec mulas nec se *Orellius* | huic rei prorsus *ω* hinc rursus *Klinkh.* 2 itinere (e *in ras.*) *P* | aliud fuit. sit *ω* fit *uulgo* alius facit iter *Klinkh.* 3 et *om. ω add. Klinkh.* 5 litigat *Canneg.* | moueri *uel* nouare *Rittersh.* 6 continuoque clamat *ω correxi* 8 O iniqua] O q̃ seua *(in ras. excepta* ua *syllaba) V* 9 tum] cum *p* 10 litem intendit] licet tendit *P* 11 iam uolebam dicere *om. P* 14 artem *VP* . . . em *L euanuerunt priora*, ar *adscripsit m. s. XVII*, uel mentem *Daniel* 15 largiter *P* | causas *om. P* 16 quaerit *P* 17 quicquid] quic *in ras. P* (quidlibet C^2) 19 simus *p* uult *ω* 20 *post* pridie *lacuna sex litterarum extremo in uersu V* 21 quale *om. P* | temōlentum (v *pr. ss.) V* | exsecratur *P* 23 uultu *ω at* o *ex* u *pr. L* | *s.* Falli — solent *uncinis inclusit Klinkh.* | se *ss. P*

sus non uolt neque circumueniri, ut solent]. Quisquamne huic possit bene aut seruire aut obsequi? calidam fumosam non uolt neque calices unguentatos. Quaenam hae sunt deliciae? urceolum contusum et
5 infractum, *oe*nophorum exauriculatum et sordidum, ampullam truncam *r*imosamque de*pst*is fultam cerulis non simpliciter intuetur: bilem tenere uix potest. Iam excogitare nequeo, quid sit quod tam prauis placere possit moribus. Vinum autem corruptum tenuatum-
10 que lymphis continuo intellegit. Solemus etiam uinum uino admiscere: Numquid adulteri*n*um dici hoc potest, cum lagoena uetere castrata suco rursus completur nouo? Etiam hoc Querolus crimen indignum putat et, ut est nequitia, suspicatur hoc statim. Ipsum
15 etiam pauxillum argenti leuibus *tu*nsum tympanis limari commutarique semper credit, quia factum est semel. Quantula est autem discretio? In argento certe unus est color: Nam de solidis mutandis mille sunt praestigia. „Muta remuta“ facimus, et hoc mu-
20 tari non potest. Has saltem distingui non oportet tam gemellas formulas. Quid tam simile quam solidus solido est? Etiam hic distantia quaeritur in auro: uoltus, aetas et color, nobilitas, litteratura, patria,

---

1 uolt *LVP* ult R | circumuerit *(al.* niri *ss.) P* 3 uolt] o *ex* u *pr. L* | ul' patenam *mg. al. add. P* 4 contunsum *C* 5 ynoforum *ω* 6 limosam *ω correxi* | densis *ω correxi* 7 bilem] .i. amaritudinem fellis *gl. R* 9 moribus possit *Rp* | Vnum *LV?* Vinum *P* 11 Nunquid *V* | adulterium *ω correxi* | hoc *om. C* 12 lagena *R* | suco///rus' (r *al. ss.*) *P* | suco] .i. uino *R* sacco *Rittersh.*: *sic Plinius XVIIII 53* inueterari uina saccisque castrari, *item XXIII 45 XIIII 138* 13 conpl. *V* | hoc *om. P* | crimen (ri *in ras.*) *P* 14 & ut *LV?* & *om. P* 15 paxillum *L* | tensum *ω* tunsum *Wernsd.* | tympanis *P* triumphanis (*gl.* .i. foliis) *Rp* 18 solidis] .i. nummis uel denariis *R* | millae *L* 19 mutare muta *p* | facimus] .i. dicimus *gl. R* facinus *Canneg.* | et hoc] .s. argentum *R* 20 saltim V^1 saltem LV^2P | portet *P* 23 uoltus] o *ex* u *pr. V* | color] or *ex* ur *pr. L*

grauitas usque ad scriptulos quaeritur in auro plus quam in homine. Itaque ubi aurum est, totum est. Hoc ante Querolus ignorabat, sed mali perdunt bonos. Ille autem arbiter, ad quem nunc eo, quam sceleratus est homo! seruis alimenta minuit, opus autem plus iusto imperat. Inuerso hercle modio si liceret, turpe eliceret lucrum. Itaque si quando isti casu uel consulto se uident, tunc inuicem sese docent. Et tamen hercle, ut omnia dicantur: si necesse est, malo meum. Adhuc ille noster qualiscumque est, tamen auarus non est in suos. Solum illud est quod nimium crebro uerberat semperque clamat. Itaque illis ambobus deus iratus sit. Et non sumus tamen tam miseri atquè tam stulti, quam quidam putant. Aliqui somnulentos nos esse credunt, quoniam somniculamur de die. Nos autem id facimus uigiliarum causa, quia uigilamus noctibus. Famulus qui diurnis quiescit horis, omni uigilat tempore. Nihil umquam melius in rebus humanis fecisse naturam quam noctem puto. Illa est dies nostra; tunc aguntur omnia. Nocte balneas adimus, quamuis sollicitet dies. Lauamus autem cum pedisequis et puellis: nonne haec est uita libera? luminis autem uel splendoris illud subornatur, quod sufficiat, *non* quod publicet. Ego nudam teneo, quam domino uestitam uix uidere licet. Ego latera lustro, ego effusa capillorum metior uolumina, adsideo am-

---

1 scripulos *C* 3 querulus *L* | Sed et mali *C* 5 mi/nuit (i *ex* u) *L* 6 sci *P* | liceret *ω* liceret *P* eliceret *Daniel* 7 casu] a *ex* u *L* 12 uerberat *ex* uerberett *pr. L* 13 simus (*pr. c.*) *L* | atque stulti (tam *om.*) *Rp* 14 somnulentos *ω* somnolentos *R* 17 noctibus (*pr. c.*) *V* | Eos qui de nocte uigilant non est mirum Et de die somniculari *f* 18 tempore (*om.* omni) *Klinkh.* | unquam *V* 21 lauamur *Rp* 22 pedissequis *LP?* pedisequis *V* 23 plendoris *L* | quod *ω* non quod *Rp* 24 plublicet *L* 25 domino] domi *P* 26 effossa *Rp* | adsideo//ampl. *P*

plector, foueo foueor: Cuinam dominorum hoc licet? illud autem nostrae felicitatis caput, quod inter nos zelotypi non sumus. Furta omnes facimus, fraudem tamen nemo patitur, quoniam totum hoc mutuum est. Dominos autem obseruamus atque excludimus, nam inter seruos et ancillas una coniugatio est. Vae illis apud quos domini uigilias multam in noctem protrahunt. Tantum enim seruis de uita abstuleris, quantum de nocte abscideris. Quanti sunt ingenui, qui transfigurare sese uellent hoc modo, mane ut domini fierent, serui ut uespere. Numqu*idn*am tibi Querole opus est, ut, cum istaec omnia, nos exercere tu*a*, ut tributum, cogites? Nobis autem cotidie nuptiae nataleſ, ioca dibacchationes, ancillarum feriae. Propter hoc quidam nec manumitti uolunt. Quis enim tantam expensam tantamque impunitatem praestare possit libero? sed nimium hic resedi. Meus ille credo iam nunc clama*b*it, ut solet. Fas erat me facere quod praecepit, id est ut ad sodales pergerem. Sed quidnam hic fiet? accipienda et mussitanda iniuria est. Domini sunt, dicant quod uolunt; quam diu libuerit, tolerandum est. Di boni numquamne indulgendum

---

3 zelotipi *ω* 4 partitur *p* 4 obseramus *Rittersh.* | excludimur *p* 6 seruos] o *ex* u *pr. L* | Ve *LP* 9 quanti enim sunt *Rp* | ingenii *P* 11 ut/uespere (s *er.*) *P* | uesperi *R* | numquam *libri* Numquidnam *Orellius* Numquid *uel* Namque *Klinkh.* 12 ut cum] tecum *Daniel* cum *om. Rp* | ista hec *Rp* | exercemus *Daniel in L adscripsit* | tu aut *LV* tu aūt *PR* 13 tu attributum c. *Klinkh.* tu ad tributum c. *Daniel l. l. et in notis* tu tantum tr. c. *Wernsd. alia uid. ap. Orellium* ut, cum istaec omnia (*sc.* exercemus), nos exercere tua ut tributum (*sc.* est) cogites *scripsi* | cogitas *P* 14 iocandi bacch. *p* dibacationes (h *al.*) *V* dibatcationes *P* dibach. *L* | Propter *om. P* 15 „in hoc loco parum quid deest" *p* | Qui (s *al. ss.*) *V* 16 inpun. *P* 18 clamauit *ω* clam. *ex* clem. *pr. L* clamabit *Daniel* | qd̄. cępit (*pr.* p *ss.*) *L* 19 id est] id̄ *P* 22 dii *ω* | boni *ex* bona *L*

est mihi quod dudum peto, ut *d*ominus ille durus et dirus nimis a*gat* ex municipe aut ex togato aut ex officii principe? quam ob rem istud dico? quia post indulgentiam sordidior est abiectio. Quid igitur optem, nisi ut faciat ipse, quod facit? Viuat ambitor togatus, conuiuator iudicum, obseruator ianuarum, seruulorum seruulus, rimator circumforanus, circumspectator callidus, speculator captatorque horarum et temporum, matutinus meridianus uespertinus. Inpudens salutet fastidientes, occurrat non uenientibus utaturque in aestu tubulis angustis et nouis.

MANDROGERVS. QVEROLVS III 1

MAND. Depone ab humeris Querole pondus tam graue. satis factum est religioni, quod tute ipse malam fortunam portasti foras. QVER. O Mandrogerus, fateor, numquam fieri posse hoc credidi. Potentiam tuam et religionem ipsa res probat. Arcula istaec iam dudum, ut a me introlata est, quam leuis mihi soli fuit, et nunc quam grauis est duobus? MAND. Nescis nihil esse grauius fortuna mala? QVER. Edepol noui et scio. MAND. Di te seruent homo, mihi ipsi hoc praeter spem uenit, quod laudas modo. Nullam umquam domum sic purificatam retineo. Quicquid erat calamitatis egestatisque, inclusimus. QVER. Miror hercle unde pondus? MAND. Enarrari subito hoc non potest; ceterum solet euenire, ut istaec ca-

---

1 ut omẽs *L* ut // mẽs *V* ut mẽs *PRp* ut omnis *Daniel* ut dominus *scripsi* | et dirus] sit diues *Canneg.* 2 aut *ω* agat *Klinkh.* 3 illud *Rp* 5 *an* patiatur? | ipse *om. p* 6 iudic/um (i *er.*) *P* 7 circumspector *C* 8 spectator *P* (*ubi* t *pro* l' *positum suspicor*) | capitor V^1 9 Inp. *LV?* Imp. *P* | salutat *L* 10 fastidiantes *L* | non] non in *P* | utatorque *P* || *solum* MANDROGERVS *P* | *post* QVERVLVS *interstitium X litterarum V* 15 Nunquam *V* | hoc *al. ss. P* 16 istaec (h *al. ss.*) *P* ista haec *R* 20 Dii *VP* Di *L* | preter *ω* 21 spem] ꝛp̃r *P* | uenit *ex* euenit *factum uidetur L* 23 includimus *P* 25 caeterum *L* | ista hec *P* ista hęc *R*

lamitas moueri multis non possit iugis. Iam istinc. Ergo ministri nunc mei lustrum istud in fluuios dabunt. Tu autem monita quae iam nunc dabo sensibus imis cape: Mala haec fortuna quam abstulimus redire
5 temptabit domum. QVER. Nec di sinant, una sit illi istaec et perpetua uia. MAND. Triduo ergo istoc periculum tibi est, ne haec ad te redire temptet res mala. Tu igitur uniuerso hoc triduo domi clausus esto nocte ac die. Nihil de domo tua fo*ras* nunc dederis nihil-
10 que intra aedes recipias. Vicinos cognatos amicos omnes tamquam profanos respue. Ipsam bonam fortunam clamantem pulsantemque hodie nemo audiat. Exacto autem hoc triduo illud domi non habebis, quod ipse ex ipsa excluseris. Abi ergo intus. QVER. Ego
15 uero ac libens, dum tantummodo inter me ac fortunam meam solum paries intersit. MAND. Celeriter h*i*nc *te* abige. Hem Querole fortiter claude nunc fores. QVER. Factum est. MAND. Seras et catenas adhibe. QVER. Tamquam pro memet fecero.

III 2 MANDROGERVS. SYCOFANTA. SARDANAPALLVS

20 MAND. Pulchre edepol res processit. Inuentus spoliatus clausus est homo. Sed ubinam ornam respicimus? uel ubi arculam istam confringemus atque abscondemus, ne furtum indicia prodant? SYCOF. Nescio edepol nisi ubicumque in flumine. SARD.

---

1 istinc] .s. efferantur *gl. R* 3 non ita quae *LV?* monita quae *P* monitãq, *R* 4 Mala *om. P* | Mal*a* a *ex corr. pr. L* 5 temtabit (p *pr. ss.*) *V* | dii *ω* | illi i *in ras. pr. L* 6 istaec *om. P* ista hec *R* | istuc *ex* istoc *pr. L et* istoc *VPRp* 7 neç *P* 9 foris *ω* foras *Rittersh.* 10 amicos cognatos *Rp* 12 pulsantæm L^1 13 hoc *om. p* | non *om., al.* num *ss. P* 14 ipse *om. Rp* | exclu/seris (s *er.*) *L* 16 hunc *ω* hinc te *Canneg.* 17 abege V^1 *an* abi ergo? ‖ *solum* MANDROGERVS *P* 20 P/ulchre *V* 21 homo /////// Sed ubinam (Sed ubinam *bis scriptum erat*) *P* 23 absc̃/demus *pr. c. L*

Credis Mandrogerus? prae gaudio ornam illam inspicere non ausus fui. SYCOF. Neque ego. MAND. Atqui hercle ita facto opus fuit, ne mora suspicionem afferret. SYCOF. Verum est. MAND. Primum fuit, ut inueniretur: istud iam sequitur, tutum est. SYCOF. Quicquid libet narres, Mandrogerus, recedamus qualibet. Ego autem non credam mihi, nisi aurum inspexero. MAND. Neque ego. simul pergamus. SYCOF. Hac atque illac, tantum ad secretum locum. MAND. Pro nefas, uiae omnes seruantur, ripae frequentantur. Pergamus quocumque celeri.

PANTOMALVS ET ARBITER IIII 1

ARB. Hem Pantomale, domi quid agitur? Vester ille quid facit? PANT. Quod nosti male. ARB. Ergo queritur? PANT. Non plane, ita sit nobis incolumis atque propitius. ARB. Atqui hercle solet esse ingratus. PANT. Quid uis fieri? sic res habet: caelum numquid aequaliter administratur? sol ipse non semper nitet. ARB. Bene, Pantomale noster, tandem pro dominis solus qui haec dictitas. PANT. Eadem dico uobis absentibus praesentibusque. ARB. Credo, nam semper noui te bonum. PANT. Tu nos bonos ac semper felices facis, qui nostrum illum bene mones. ARB. Feci et facio semper. PANT. Vah, utinam ille mores seruaret tuos essetque apud nos tam patiens atque indulgens, quam tu cum tuis. ARB. Non agnosco haec Pantomale suffragia, nimium nosmet praedicas. PANT. Edepol nos

---

1 illam *in ras. pr. L* 2 Atque herche *P* 3 suspitionem *L* | afferret (*prius* f *in ras. pr.*) *L* 4 Ueritum (um *al. ss.*) *P* | est *om. P*[1] 5 Istud quod iam *Rittersh.* 6 narras *Rp* | mandro (gerus *al. ss.*) *P* | secedamus *Klinkh.* 7 intellexero (spe *ss. al.*) *P* 8 dissimulo *ω* simul *scripsi* 10 frequentantur *VPR* frequentur *L* || *solum* ARBITER *P* 14 quaeritur *ω* 15 ARB. *in ras. P* 16 num (quid *pr. ss.*) *L* 22 Fæci & *P* 23 Vach *P* 26 predicas *L*

omnes scimus et laudamus plurimum. Vtinamqne illa tibi omnia eueniant, quod nos optamus seruuli. ARB. Immo tibi! hercle pellibus ossibusque uestris eueniat, quicquid optasti mihi. PANT. Ah cur ita suspicaris? num quidnam in aliquo nos grauas? ARB. Non, sed quia uobis naturale est odisse dominos semper sine discrimine. PANT. Male imprecamur multis, verum est, et saepe et libere, sed illis sycofantis et maliloquis, quod nosti bene. ARB. Age iam credo. Sed quidnam tu dominum facere aiebas? PANT. Rem diuinam coeperat. Magus praesto erat cum ministris. Intus omnes tunc ibant simul. ARB. Quidnam est hoc quod fores clausas uideo? credo diuinam rem gerunt. Euoca illinc aliquem. PANT. Hem Theocles, hem Zeta! aliquis huc adsit cito. Quidnam esse hoc dicam? Silentium est ingens, nemo est. ARB. Solebant non ita somniculari ianitores ista in domo PANT. Credo hercle, religionis causa ab importunis cautio est. Eamus huc ad pseudothyrum quod nosti bene. ARB. Quid si illic clausum est? PANT. Ne uereare me duce. Noster ille est aditus; claudi, non intercludi potest.

MANDROGERVS. SYCOFANTA ET SARDANA-
IIII 2 PALLVS. *QVEROLVS*

MAND. O me miserum. SYCOF. O me infelicem. SARD. O me nudum et naufragum. SYCOF. O magister

---

1 Utinamque //// illa (ita *er. uidetur*) *L* 2 quod] q̃/ *P* 3 ossibus (que *om.*) *C* 4 ah *V* Ha *LP* 5 Non *om. Rp* 7 Male p̃ inprec. (p̃ *in ras.*) *P* mala *Klinkh.* 8 sepe *ω* | sicof. *P* 9 maliloquus *p* | quod] quos *Canneg.* 11 accoeperat *P* (occoeperat *C*) 13 quod *om. P* | clausas] *al.* ee *ss. P* 14 rem diuinam *Rp* | theodes *P* 15 cito *ex* ticto *P* 18 inport *P* | .i. cauendum est Donat. in Terent. *in L adscriptum (gl. ni f. libri R)* 19 ad psedothirum *LV at* psĕd. *pr. c. V* adıpse dochirum *P* ostium remotum a publico *gl. R* | quod *VRp* quam *LP?* 21 ducere *Rp* | est ille p | interclaudi *P solum* MANDROGERVS *P* QVEROLVS *addidi*

Mandrogerus. SARD. O Sycofanta noster. MAND. O pater Sardanapalle. SARD. Sumite tristitiam, miseri sodales, cucullorum tegmina. plus est hoc quam hominem perdidisse, damnum uere plangitur. Quid agitis nunc potentes? quid de thesauris cogitatis? aurum in cinerem uersum est. Vtinamque totum sic fieret aurum: magis essemus diuites. MAND. Depone pauper inane pondus, lacrimas demus funeri. O fallax thesaure, ne te ego per maria et uentos sequor. Propter te feliciter nauigaui, propter te feci omnia. Mathesim et magicam sum consecutus, ut me sepulti fallerent? aliorum fortunam exposui, fatum ignoraui meum. Iam iam omnia recognosco uaria haec phantasmata. Erat hic plane bona fortuna, sed alteri debebatur, non mihi. Nostra haec mutauere fata, thesaurum nos, sed alienum, inuenimus. Quaenam est haec peruersitas? Numquam ego fleui meum, nunc plango alienum. Et te Querole iustus non tangit dolor? SARD. O crudele aurum, quisnam te morbus tulit? quis te sic rogus adussit? quis te subripuit magus? exheredasti nos thesaure: quonam redituri sumus tot abdicati? quae nos aula recipiet? quae nos olla tuebitur? MAND. Accede amice, aulam iterum atque iterum uisita. SYCOF. Aliam spem quaerere amice poteras, haec iam non calet. MAND. Perlege quaeso iterum titulum funeris atque omnem scripturae fidem. SARD. Quaeso inquam sodes, funus egomet quodlibet contingere nequeo; nihil

---

2 sardinapalle V^1 sardapalle (na *al. ss.*) *P* | SYCOF. sumite *R* | Sume (ite *al. ss.*) *V* | sodoles *P* 3 cucull.] .i. uiatorum *R* 7 esse (m' *pr. ss.*) *L* | paulisper *Rittersh.* 9 ego] g *R* | sequar *Rp* 11 tonsetututus *L* 13 iam *semel C* | omnia*o m.* *P* | uana *Orellius* | fantasmata *ω* 14 fortona *L* | alte (ri *ss. pr.*) *L* | debobatur *P* 15 facta *P* 16 est haec *VPRp* haec est *L* 20 exheredasti] edasti *in ras.* *V* 21 quoniam *ω* quo iam *Grut.* quonam *Daniel* 22 tu/e///bit (*post* tu *litt.* t *er.*) *P* 25 fueris *P*

est quod metuam magis. SYCOF. Meticulosus homo es, tu Sardanapalle; ego perlego: TRIERINUS· TRICIPITINI· FILIUS· CONDITUS· ET· SEPULTUS· HIC· IACET Hem me miserum, hem me miserum. MAND. Quidnam tibi est? SYCOF. Anima in faucibus: audieram egomet olere aurum, istud etiam redolet. MAND. Quomodo? SYCOF. Claustrum illud plumbeum densa per foramina diris fraglat odoribus. Numquam ante haec comperi aurum sic ranciscere. Vsurario cuilibet faetere hoc potest. MAND. Quisnam cinerum est odor? SYCOF. Ille pretiosus atque tristis, cultus quem poscit miser. MAND. Honorifice hoc bustum tractatum apparet, cuius adhuc sic redolet dignitas. SYCOF. Ego istaec non pertulissem, si recinenti ac monenti credidissem graculae. SARD. Ego in laqueos non incidissem, si monita curti seruassem canis. MAND. Et qualiter te admonuit? SARD. Egredienti mihi ad angiportum suras omnes consc*i*dit. MAND. Vtinam tibi crura ipsa eneruasset, ne umquam inde mouisses pedem. O Euclio funeste, parumne uiuus illusisti? ne defunctus desines? et quid ego non merui qui agelasto illi et perfido fidem ac-

---

1 Meticulosus V^1 Metuculosus LV^2P 2 sardinapalle V^1 | tricipini *R* 3 hem me miserum *semel P* 4 hem] heu *Rittersh.* 5 SARD. *ω* SYCOF. *Klinkh.* | faucibus] heret *ss. al. P* 6 istud *R* 7 duris *PRp* 8 fraglat (*rasurae super* r *et* l) *V* flagrat *LP* fragrat *Rittersh.* | Nun/quam *V* | ante hec *in ras. P* 10 est odor *in ras. pr. V* | preciosus *LP* 13 ista haec *R* 14 credissem (di *ss. al.*) *P* | grac.] nomem uxoris suae *gl. Rp* 15 Ego *om. Rp* | non *al. ss. P* | monit *V* 16 ammonuit *R* 17 angniportum *P* | sures *P* 18 conscendit *LV* consci//dit *P* | tibi *pr. ss. L* 19 euche (*pr. c.*) *V* 20 illusti (si *pr. ss.*) *P* | desinens *ω* desines *CRp* desinas *Klinkh.* | Hei quid *Grut.* ecquid *Orellius* 21 qui] q *P* qui *post* agelasto *legitur p* | *post* qui *interposita sunt* in *ω haec uerba:* agelastus est sine ius minimo stans. (legatus est *P* sine risu *C Daniel*) *deleta quidem al. m. in VP, Danielis ni f. manu in L Sed nescio an his sublatis lacuna sit statuenda post* qui

commodaui. et *en* fortunas meas in ipso risit exitu. SYCOF. Heia quid nunc facimus? MAND. Quid autem, nisi quod dudum diximus, ut nos saltem de filio eius Querolo ulciscamur probe? atque illum, quoniam est credulus, mirificis *ludamus* modis? Aulam illi per fe- 5 nestram propellamus clanculum, ut et ipse lugere incipiat, quem nos iam dudum plangimus. pedetemptim accede atque ausculta, Querolus quid rerum gerat. SARD. Consilium placet. MAND. Accede edepol, sed urbane respice. SARD. Attat quid ego uideo? Omnes 10 nunc intus homines fustes et uirgas tenent. MAND. Credo edepol isti malam fortunam exspectant creduli. accede atque homines miris terrifica modis: malam illam dicito esse te et comminare tamquam in aedes inruas. SARD. Io Querole. QVER. Quis tu homo es? 15 SARD. Fores celeriter uide. QVER. Quam ob rem? SARD. Vt domum rursus ingrediar meam. QVER. Hem Zeta, hem Pantomale, hac atque illac obsistite. SARD. Hem Querole. QVER. Quid rogo nomen tu uocitas meum? SARD. Ego sum tua fortuna, quam redituram 20 praedixit magus. QVER. | Abi hinc ocius mala fortuna, quo te sacerdos detulit. | Abscede hinc, ego hodie fortunam non recipio nec bonam. MAND. Heus tu Syco-

---

1 et] hei *Grut.* en *Wernsd.* et en *ego* qui *Klinkh.* | risit *ex* ridet *ni f. P* 2 Eia *R* 3 saltim *P* 4 querölo *P* 5 laudemus *ω* ludamus *Pithoeus* 6 propelamus P^1 8 auscula *P* 9 MAND. accede (*cum interstitio*) *L* | sed turba ne *Canneg* 11 MAND. Crede (*cum interstitio*) *L* 12 Crede *LV* Credo *P* 15 ꝗuas (in *om.*) *P* | Ió (o *cum apice*) *L* 16 uides *ω* uide *Klinkh.* sodes *Canneg.* uidues *uel* foras c. uadas *Wernsd.* | Quamobrem] *litterae* uamobr *in ras. P* 17 meā (a *ex* u) *V* 18 *post* Obsistite *in ω secuntur uerba* Abi—detulit, *quae ex Klinkhameri sententia post* magus *u.* 21 *traieci* 20 tu (a *pr. ss*) *L* 21 predixit *ω* | potius *libri* ocius *Orellius* 22 Abscede hinc *del. Klinkh.* 23 recipio *VPRp* recipiam *L* | ne (*pr. c*) *L*

fanta ad ianuam *istam* homines seuoca, dum ego bustum hoc per fenestras ingero. SYCOF. Aperite hanc ianuam. QVER. Omnes celeriter huc accurrite. MAND. Ecce tibi thesaurum Querole, quem reliquit Euclio. Talem semper habeas, talem relinquas filiis. Omnia sunt perfecta, nos hinc ad nauem celeriter, ne quod etiam nunc subito hic nobis nascatur malum. SARD. Ah quid hodie acciderit, subeundum est. Tantum recurram huc paululum: perdidi mysterium, nisi ipse Queroli uerba audio. homo est autem et credulus et formidolosus plurimum. Qualiter nunc ille exhorrescit mortuum? Admouebo aurem hac leuiter. hem quidnam ego audio? Omnes intus gaudent, tripudiant, nulla spes mihi est. auscultabo iterum: actum est, felicitas ad istos uenit, nobis ergo nobis male. Omnes intus saccos capsas scrinia requirunt, aurum isti tractant, solidi intus tinniunt: heu me miserum. Vita erat, ubi nos mortem putabamus esse conditam. Errauimus misere, sed non simpliciter; errauimus set non semel. metamorphosis hic agitur: bustum abstulimus, aurum abiecimus Sed quid ego? nunc solum hoc restat [nunc] mihi ut pro fure iam nunc tenear. Ibo ad coniuratos meos, ne tantum facinus uerumque funus solus egomet defleam.

V 1 LAR FAMILIARIS

Tandem urna peperit auri grauida pondera, uilis

---

1 hanc ad ianuam *P* (ad hanc ianuam *C*) | sta *ω* (*ss. pr. L*) istam *ego* | seuoctc (tc *pro* a) *L* euoca *R*[1] 3 celeriter *om. C* 4 reliquid *P* 8ah *V* ha *LP* | quod *C* quicquid *Rp* 11 exorrescit *P* exhorrescet *Grut.* 13 Omnes ////// saccos (*uocis erasae prima littera* g *erat*) *P* 19 miseri *ω* misere *ego* | et non *ω* set *scripsi* 20 metamorforsis *V* 21 ego nunc? *R* nunc *del Pareus* nonne *Canneg.* 22 nunc mihi *ω* nunc *deleui, at fort. leg.* nunc solum hoc restat unum mihi | Ibo] ideo *R* 24 egomet solus *P* LAR FAMILIARIS *LV om. P* 25 grauia *Klinkh.* | pondere *Daniel*[2]

que mater grande puerperium dedit indigna quae frangeretur. Tanta hoc non meruit fides. Magna plane aula et memorabilis uno atque eodem tempore domino fidem persoluit, furtum fecit furibus. O sapiens Euclio, nos iactantes non sumus. thesaurum seruasti uiuus, liberasti mortuus. Omnes itaque homines nunc intellegant neque adipisci neque perdere ualere aliquid, nisi ubique faueat totum ille qui potest. Quantum ad personam Queroli spectat, perfecta iam sunt omnia. Sed Mandrogerontem illum furem ac perfidum nunc inlaqueari uolo, qui ubi primum hoc audierit remque omnem agnouerit, continuo rediturus est, ut thesaurum diuidat. Codicillos etiam proferre audebit, quibus ita coheres scriptus est, si aulam Querolo sine fraude ostenderet. Quid huic merito eueniat, nisi quod iam nunc fiet? ferat quod facere uoluit, nam quod fecit nostrum est.

QVEROLVS. ARBITER ET PANTOMALVS V 2

QVER. O arbiter iamne credis quod uidisti modo? ARB. Edepol credo et scio. QVER. Quid tu Pantomale dicis? PANT. Quid ego dico nunc fieri? *queri* ut post hac desinas. QVER. Mens mihi gaudio est confusa. Quid primum? stupeam an gaudeam, consiliumne senis

---

1 pueperium *P post h. u.* PANTOMAL' *rubro additum P* 2 frangerentur *P* 6 uiuis *P* 8 aliquem *Klinkh.* | ubi (q. *ss. pr.*) *L* ubi *codex Sti Victoris* | foueat *P* faueant *Rp* 9 queroli *VPR* queruli L 10 mandrogero ante *P* (Mandrogerum ante *C*) | ac fidum (per *ss. pr.*) *P* 11 inlaq. *VPR* illaq. *L* 13 codicellos *R* 14 coheres *P* cohaeres *LV* || *personarum notae desunt omnes P* 18 O *deest P* 19 *post* Edepol *interstitium dimidii uersus P* 20 Q. e. nunc dico *P* | *inter* dico *et* fieri *interstitium* 14 *uel* 16 *litterarum P* | fieri *ω* fieri? *R* fieri *Daniel* fiere *uel* queri *Rittersh. hoc ipsum post* fieri *interposui.* 22 primum] mum *in ras P* | et *libri at* & (*ss. al.* an) *V*

nostri an diuinitatis? ARB. Inprimis *do*num diuinitatis; nam si ad hominem respiciendum est, facile intellegitur et apparet furem tibi plus profuisse quam patrem. QVER. Quid de memet censes, qui tam tarde agnouerim fragmenta urnae illius, quam iamdudum noueram? ARB. Ego mihi non credideram, nisi quod ilico inspexi locum terramque motam ante hoc non credidi. PANT. Atqui ego nihil dubitationis recepi, *u*bi in testulis quasdam litteras uidi. QVER. Ergo istaec omnia Mandrogerus ille fecit? ARB. A*t* quid fieri aliud potest? QVER. O sceleratum hominem, magum mathematicum*que* qui sese diceret. Egone manibus meis praesidium paternum ut efferrem de domo, ego memet domine conderem? Ego ut redeunti obuiarem thesauro? hoc est plane illud quod Lar familiaris praedixit meus: etiam renitenti ac repugnanti uentura mihi omnia bona. ARB. Quam pulchre factum est, ut cupiditas sic falleretur hominis fallacissimi? QVER. Credis arbiter, meos ut nosti mores munificos nimis? munerare hercle possim hominem si nanciscerer; ita ridicule sceleratus fuit atque ipse sese lusit in omnibus. ARB. Ille quidem, ut scimus, male meruit perfidus, sed quoniam tibi per illum bene uenerunt omnia, omnes illi bene optamus facto non merito suo. QVER. Attat quidnam est? nisi fallor Mandrogerus ille est eminus. Quidnam ille h*uc* reuenit? Nouum credo ali-

---

1 *Arbitri notam hinc sublatam post* bonum (*sic libri*, donum *Orellius*) *reposuit Koenius* 2 faci/le *P* 3 tii *P* 5 figmenta *Canneg.* 8 *an* non memini? | recepi *in ras. P* | Ibi *ω* ubi *Daniel* 9 ista hec *P* ista hæc *R* 10 Aut *ω* At *Daniel* | a quo fieri alio *Canneg.* 11 mathematicumque *Rittersh.* que *om. ω* 14 conderet: *ω* conderē (*gl.* conderetur) *R* | domi ne *ω* domi ut reconderem *Klinkh.* 16 acre pugnanti *L* 17 bona omnia *PRp* 18 sic fall. *VPRp* fall. sic *L* 19 meus *ω at* meûs (o *al. ss.*) *P* (meo, *et antea uidetur habuisse* mi *C*) meos *Rittersh.* | et nosti *Canneg* 20 homine *L* 22 sciamus *V* 24 illi *VPR* ille *L* | optemus *Canneg.* 26 hic *LP* hic *V* huc *Rittersh.*

quod praestigium iterum hac ex*h*ibet. Abi celeriter intus Pantomale et fragmenta urnae illius h*u*c ad nos exhibe. ARB. Placet hercle. QVER. O bone arbiter, fraudulento isti magnam iniciamus calumniam. thesaurum nostrum ab hoc ereptum poscamus modo atque adstruamus ab ipso nobis alienum mortuum esse coniectum domi. ARB. Consilium placet. QVER. Propositum ergo retineam*us*, secuntur cetera.

QVEROLVS. ARBITER ET MANDROGERVS V 3

MAND. Aue mi Querole. QVER. Etiam salutas furcifer, quasi hodie me non uideris? MAND. Vidi edepol te uisumque iterum gaudeo. QVER. At ego iam nunc uiuo faciam, ne tu iterum facias. MAND. Eho quid commerui? QVER. Rogas sceleste, qui hodie domum expilasti meam? MAND. Missa istaec face; non sum alienus uobis. Domum egomet istam iam pridem holo. QVER. Iterum ad magicas? Aurum subripuisti codie meum. MAND. Fortassis iure feci: non debebatur et mihi? QVER. Pulchre edepol, solus exinde hic fui. Vbinam mihi nunc tu frater nasceris et nouellus et senex? Vnde subito tam uetustus, qui nuper natus non eras? Nam si fratrem meum te esse adseueres perdite, illud nunc restat, ut te dicas bimulum; nam tertio anno pater meus ille Euclio cum est profectus

---

1 prest *ω* | exibet *LV* exibet *P* exibit *Rittersh.* 2 hic *LP* hic *V* 8 retineam*ω* retineamus *Daniel* | sequuntur *LP* secuntur *V*[1]*R ut semper* sequantur *V*[2] *Daniel* sequentur *Canneg.* | caetera *LP* || QVEROLVS ET MANDROGERVS *p solum* MANDR. *P* 9 Aue mi] ueni *P* | salutis (*pr. c.*) *P* 10 furtifer *P* | hodi (*pr. c.*) *L* | Vidi] *V in ras P* 11 Ad ego *P*[1] 12 si uiuo *Rp.* si *al. ss. P* | gaudeas *Klinkh.* | eho *V* heo *LP* 13 q *P* 14 exspoliasti *P* (expol. *C*) 15 uobis] uob *in ras. P* 17 hodie *om. P* | Non] Nam non *Rp* | debæbatur *L* 18 & *ss. P* 21 adseueræs *L* adsereres *Pareus* | o perdite *R* 22 trimulum *Pareus* 23 eucho (h *deleto* li *ss. pr.*) *V*

me hercle reliquit solum atque unicum. MAND. Superflua sunt ista, coheres ego sum, non frater, tibi. QVER. Non recte edepol fieri istud solebat; nam mallem amice fratrem te quam coheredem esse asseras. MAND. Quid multis opus est Querole: quod scriptum est lege. Sume igitur, noui fidem uestram. QVER. Hercle explorasti. Hem quid istuc est? „Senex Euclio Querolo salutem dicit filio. quia furtum tibimet fieri metuerem uel per seruum uel per extraneum quemlibet, Mandrogerontem fidelem amicum et peregre mihi cognitum ad te direxi, ut is tibimet quod reliqui sine fraude ostenderet. Huic tu medium thesauri dabis si fides ipsius atque opera expostulat.“ Hem sodes, paululum in parte huc ades. Nihil huic deberi res ipsa exponit et docet, sed usque quaque si placet insu*m*am: si libuerit, aliquid dabitur muneris. Tu igitur patris mei amicus ac sodalis peregre fuisti? MAND. Ipsa res docet. QVER. Nimirum inde tam fideliter nobis commissa istaec taces. age amice, quoniam institutus es heres, da quod possit diuidi. MAND. Edepol inuestigaui ac dedi integrum atque inlibatum thesaurum. QVER. Eho tu mihi aliqu*ando* thesaurum dedisti? MAND. Tu negas? QVER. Nisi omnia in memoriam redigis, forsitan aliquid exciderit mihi. quem tu narras thesaurum? MAND. Quem tibi Euclio reliquit, ego tradidi. QVER. Et aurum ad te quemadmodum peruenit, homo alienissime?

---

1 reliquid *P* 2 usta *P* | sum *ss.* *P* 6 herche *P* 9 per extr.] per *om.* *C* | mandrogeronṭẹn*P* ●11 ut his *p* 12 sic *Rittersh.* 13 opora *L* | paulolum (*pr. c.*) *L* 14—16 Nihil — muneris *Arbitro dedit Klinkh.* 14 hinc *Wernsd.* 15 insummā *LP* insūmā *V* insumam *scripsi* 16 Tu igitur] Q. *praefixit Daniel in L* 18 nobiscum missa *ω p* (cum *L* cū *VP*) *corr. Daniel fort.* nobiscum diuisa istaec? tace. 19 istaec] ista ee *P* (istaec esse *C*) | tace *ω* a te *Grut.* commissa istaec taces? *Klinkh.* missa istaec face *idem antea* 21 illibatum *R* | eho *V* heo *LP* 22 aliquod thesaurum *VL* thes. aliquod *PR at* aliquod *P* aliquando *Daniel* | MAN. *in ras.* *V* 23 QVER. *in ras.* *V*

MAND. Iocabar equidem, fidem equidem postea ut perspiceres meam. QVER. Tu ergo thesaurum et secretum illud, quod noster senex dereliquerat, abstulisti? MAND. Vtique hoc tibi cessit bene; alter enim non reddidiset. QVER. Age iam sodes, *lus*isti satis. restitue potius, ueram ut cognoscamus fidem. MAND. Dis gratias, uicine arbiter, quod spes nostra in tuto est. Dixin paulo ante facere hoc non potuisse extraneum? Agimus gratias. QVER. Di te seruent amicorum optime, qui et mihi superstiti et defuncto illi seruasti fidem. Sed ubinam quaeso aulam illam condidisti? fiat plane, quod ille praecepit senex. exprome thesaurum, diuisio celebretur, quoniam praesto est arbiter. MAND. Immo potius tu aurum exprome et fidem tuam, quoniam egomet partes explicui meas. QVER. Fatigas nos Mandrogerus, an uere loqueris? MAND. Edepol uere loquor atque honeste; nam qui totum habere potui, partem peto. QVER. Ergo inter manus *tua*s aurum fuit nostrum? MAND. Fuit hercle. QVER. Tu nusquam hodie pedem, nisi restituas quod abstulisse te fateris, quia ire inficias non potes. Heia inquam, restitues quod abstulisti? MAND. Reddidi. QVER. Cui? quando? quomodo? MAND. Hodie per fenestram. QVER. Hahahe. Tu thesaurum ubi repperisti? MAND. Apud aedes sacras. QVER. Quo aditu extulisti. MAND. Hac per istam ianuam. QVER. Quid igitur fuit causae, ut per fenestram

---

1 Iocabor (*pr. c.*)*P* | equidem fidem equidem *ω alterum del. Pareus* | per ficeres *P* 5 iam /// sodes (iam *bis scriptum fuerat*) *L* | soluisti *ω corr. Rittersh.* 6 MAN. *rubro ss. pr. V Querolo continuat Gruterus et Klinkh.* | Diis *VP* Dis *L* 7 Dixin] *haec Mandrogero dat Klinkh.* 9 *Queroli nomen del. Grut.* | Dii *ω* | optime *V* optume *LP?* 15 explicui/meas *P* | an/uere *P* 18 thesaurum *ω p* thesauru *V*² tuas aurum *ego* | nr̄ *V* nr̄// *P* nostrum *Lp* 20 restituas *V* restitues *LP* | fateris — infitias *in ras. P* | inficias *V* 21 Heia] Mandrog. *dedit Daniel in L* | inquam *V* inquit *LP punctis deletum P* inquid *R* | restitue/(s *er.*) *P* restitue *Rp* 23 thessaurum *V*

redderes? MAND. Tu inquam thesaurum illum asportasti foras. QVER. Pulchre edepol condicionem codicillorum impleuisti, qua praeceptum est, ut thesaurum mihi sine fraude ostenderes. Verum tamen perscri-
5 ptionem hanc transeo, qua uti possum, etiam si aurum nunc ipse mihi traderes. Haec superflua sunt, ubi res nusquam apparet. redde quod negas. MAND. O tempora, o mores, o pater Euclio! Hancine mihi tu domi fidem praedicabas? reddidi, fateor, omnesque per
10 deos, ipsumque thesaurum inlibatum intra aedes proieci tuas. QVER. O arbiter bone, plus iste admisit quam putabamus. Hic nisi fallor ipse est, qui ornam illam funestam nobis proiecit in domum. MAND. Di te seruent: Ipsam ego proieci. Tandem apparet ueritas.
15 QVER. Dic quaeso Mandrogerus: fragmenta si aspexeris, potesne agnoscere? MAND. Ita ut compaginari per me possint omnia. QVER. Hem Pantomale, nescio quid paulo ante hic proferri iusseram. ARB. Praesto sunt partes illae, in quibus titulus inscriptus fuit.
20 QVER. Agnoscisne Mandrogerus? MAND. Agnosco hercle. Tandem cessent artes et praestigia. QVER. Si uerum agnoscis, lege celeriter quod scriptum hic fuit. MAND. Et legi et lego. Cedo huc mihi Pantomale fragmentorum paginas. TRIERINUS· TRICIPITINI· FILIUS·
25 CONDITUS· ET· SEPULTUS· HIC· IACET QVER. Eho scelestissime dispicis? si uiuorum neglexisti gratiam, etiamne mortuis manus intulisti ad ludum et ludibria? Neque contentus eruisse bustum atque cineres ultimo

---

1 Tu quam (in *ss.*) *V* 2 conditionem *VP* | codicellorum V^1R 3 qua] quia *C* 4 michi *pr. ss. P* | praescriptonem *Daniel* 5 qa^{u} *P* 7 res *in ras. 6 litterarum P* 8 O patria o tempora o mores *Rp* | Hanccine L 9 predicabas *VL* p̄stabas$^{d\ e}$ (*pr. c.*) *P* 10 deos] iuro *ss. P* | que *om. C* | illibatum *R* | contra (*at gl.* intra) *Rp* 12 urnam *ω* 13 Dii *ω* 18 ARB.] *Pantomalo dat Orellius* 21 prest. *ω* 22 uere *Klinkh.* 23 Caedo *VL* huic *LP* huc *V* 25 eho *V* heo *LP* | scel. me *Rp* 26 despicis *p* | gratias *C*

per fenestram etiam funestas mihi proiecisti reliquias? Quid ad haec dicis? thesaurum abstulisti, uiolasti sepulcrum, perdite; domum meam non solum compilasti, uerum etiam polluisti, sacrilege. Tu negas? MAND. Quaeso, quandoquidem me fortuna sic destituit, nihil quaero ulterius. Vale. QVER. At ego hercle quaero, cui mala omnia congessisti, scelus. Hem Pantomale, numquam ab istoc pedem. Ego iam nunc, ubinam praetor sedeat, inuestigabo celeriter atque omnia istaec exequar iure et legibus. MAND. Quaeso arbiter, pro me ut uerba facias: Nihil nisi ueniam expostulo. ARB. O mi Querole, numquam te celeriter usque ad sanguinem. Ignosce ac remitte: haec uera est uictoria. QVER. Age reliquiae illius defuncti recondentur: quid de thesauro fiet? ARB. Quid dicis Mandrogerus? MAND. Iuro per deos, iuro per ipsam quam rupi fidem, mihi nec aurum nec thesaurum esse. QVER. Remoue paulisper inania. Putemus nos paululum in iudicio stare. Ornam certe illam tu abstulisti. MAND. Factum est. QVER. Elige nunc Mandrogerus, utrum uoles: bustum illic an aurum fuit? Quandoquidem causa eius modi est, ut multis constet modis. MAND. Auribus teneo lupum, neque uti fallam neque uti confitear scio. Vtrum dixero, id contra me futurum uideo. Dicam tamen. Aurum illic fuit. QVER. Redde igitur. MAND. Hoc iam factum est. QVER. Factum doce. MAND. Or-

---

2 dicetis *Rp* 3 compulasti *V* uel spoliasti *ss. R* 5 sic *pr. ss. L* 6 VALE *P* 8 ab istoc *VRp* abstoc *LP* 9 pretor *ω* 11 expostolo *R* 12 Nunquam *V* | te celeriter *ω* tu celeriter *c. Sti Victoris* te celerites *Daniel* te scelera celeriter *Grut.* num tam seueriter *Koenius* n. te excites *uel* irrites *Orellius* 14 defuncti illius *PRp* | reconduntur *V* reconduntur *LP* recondantur *Rittersh.* 17 paliper *P* 18 in iudicio paulŭlum *L* 22 constat *LV¹P¹* constet *V²P²Rp* 24 Utrum utrum *Rittersh.* | Dic//· (*al. c.*) *P*

nam tu recognoscis? QVER. Quid uis, ut respondeam? Primum egomet aulam non recognosco, satisne hoc sufficit? MAND. Quid? titulum non recognoscis? QVER. Magis quam te, quem hodie primum hic noscito, sed
5 finge nunc a nobis ornam et titulum recognosci: redde quod in aula fuit. MAND. Tu autem, quid in aula, quid fuisse dicis? QVER. Ego interim non proposui, tu fare quid uelis. MAND. Et uos a me aurum quemadmodum postulatis, cum res ipsa bustum et cinerem
10 comprobet? ARB. Ergo adquiescis, ut bustum illic fuerit? MAND. Adquiesco, quandoquidem ita, sic se res habet. hac non processit, alia temptandum est uia. QVER. O stulte, sacrilegium confiteris, dum furtum negas. MAND. Quid si nihil illic fuit? QVER. Quidnam
15 igitur postulas? aurum si fuit, abstulisti: si non sustulisti, non fuit. MAND. Vos quaeso dicite uicissim: quidnam illic fuit? QVER. Nobis interim sufficit purgare nosmet, obiecta repellere. Nam *r*ite ingredimur; temptandum uia. MAND. Quodnam hoc monstri genus est?
20 ego totum feci solus, totum nescio. Iam iam quaeso, quoniam mihi neque res neque causa superest, simpliciter dicite, utrumne furtum an sacrilegium ego commisi. Nisi forte illud nunc restat mihi, ut qui furtum non potui, sacrilegium neque uolui, utrumque
25 fecisse conuincar nefas. QVER. Etiamne circuitione rem geris? Quid aliud autem in causa est, nisi quod prae-

---

3 Quid? *VR* 5 vrnam *R* 6 quod in] in *pr. ss. L* 7 quid fuisse] qd *eras P* | interim *ex* iterum *pr. c. L* | non *ss. al. P* 8 qd *VR* qd *P* quid *L* 9 ipsa *om. C* 11 ita sese *Daniel* 12 temtandum (p *pr. ss.*) *V* 14 QVER. *om. et* QV. *ss. P* | Quidnam] Quidquid *P* 15 tulisti (sus *om.*) *PRp* 17 MAND. *marg. pr. P* 18 Nam si] Non litem ingredimur *Daniel*[2] | si te *ω* te *om. C* rite *scripsi* | tempt.] p *postea intrusum V* | alia *add. Klinkh.* 19 Quidnam *PRp* 20 iam *semel C* 22 dicere (*al. c.* cite) *P* 24 sacrilegium] *litt.* sacrile *in ras. P* 25 conuincor *P* conuincar. Nefas *Rp* („exclamatio" *Daniel ss. in L an hoc gl. libri R?*)

sidium abstulisti et cineres abdidisti? unum fraudulenter, aliud nequiter. Neque enim te bustum expetisse, aurum abiecisse credere quisquam potest. MAND. Optime totum hoc asseritur et mihi ipsi uerisimile uidetur. Sed si quid creditis, non est ita. QVER. Age iam, bono animo esto, nil praeter sacrilegium perpetrasti, aurum autem ibi non fuit. MAND. Furtum igitur non commisi, di te seruent, uicimus, nam istoc ego tempore poenam malo quam pecuniam debere. Sed illud quaeso exponite: unde tantum illic erat? QVER. Nescis magus nihil esse grauius fortuna mala? MAND. Recognosco. QVER. Etiam quaeritas, unde pondus? tegmen ornae illius non uidisti plumbeum? MAND. Iamiam omnia sibi conueniunt. His praestigiis etiam certus falli non potuisset magus? ARB. Nondum intellegis inepte impositum uobis esse ab illo quem bene noueras? Vnde autem illi thesaurum homini prope pauperi? ac si habuisset ille, ergone iste secretum nescisset patris tibique ille indicaret, quod non crediderat filio? porro autem pater familias ille thesaurum si sciebat, illi tandem crediderat loco? tibique illic patuisset aditus? MAND. Edepol quid dicam nescio? ARB. Ergo Euclionem tu non noueras? habuit senex ille multa haec laetissina, qui te etiam defunctus ridet. MAND. Edepol tandem intellego. Illius plane hic nequitiam recognosco; frequenter ille similibus me lusit modis. Quaeso igitur, date ueniam, quod cineres illos abstuli: aurum credidi. ARB. Bene excusas Mandroge-

---

1 addidisti *Canneg.* 6 iam *erasa supra* a *uirgula L* nil] nichil *PRp* | dii *ω* 10 tantum] pondus *add. Rittersh.* 12 queritas *ω* 13 illius urnae *L* urnae illius *VPRp* | Iamiam *LV* Iam *P* 14 p̄sidiis *Rp* 16 nobis *ω* uobis *ego* tibi *Klinkh.* 18 ac si] h̄a/ (s *er.*) *P* (an *rec. ex* has *C*) | ne *pr. ss. L* 20—21 porro—loco *del. Klinkh.* 20 pater *mg. al. P* 21 tandem] tantum *Wernsd.* | tibiqe (*cum rasura super* q *et ante* e) *V* que *om. P* | illuc *Rittersh.* 23 non *om. Rp* 24 te *om. C* 28 ex/cusas *P* | mandr *V*

rus; agnosco ingenium lepidissimum, agnosco plane Euclionis nostri sodalem: talem semper ille dixit senex. MAND. Sinite quaeso me abire. ARB. Hem Querole, humanum ac misericordem semper fuisse te scio: hominem tam elegantem abire ne permiseris. Non unius officii homo est: magum mathematicumque hic habes, tantum, quod primum est, furtum facere non potest. recipe quaeso amicum ueterem et nouum, quandoquidem pater Euclio solum hunc tibi reliquit in bonis. QVER. Ah sed furem timeo. ARB. Quid unum furem metuis? iam totum hic abstulit. MAND. Quaeso Querole noster, patri egomet tuo me iam deuoueram, tibi nunc seruire cupio, quandoquidem hodie sic misertus es mei? Da uictum, qui uitam indulsisti. QVER. Si ambo ita uoltis, fiat. Potesne discere leges nouas? MAND. Hahahe, illas egomet ex parte condidi. QVER. Senatus consultum dico egomet seruilianum et parasiticum. MAND. Ohe, uisne interdictorum capita iam nunc eloquar? ad legem porciam caniniam furiam [fufiam] consulibus Torquato et Taurea. QVER. Potesne obseruare omnia? MAND. Istud apud me parum est: tu nunc ut ediscam iubes, ego docere iam uolo. ARB. Hui multarum palmarum hic est, recipe quaeso iuris instructissimum. Talem quaerere homines pro magno

---

2 dix *pr. ss.* *P* (dilexit *repositum in C*) 3 Sinit (*pr. c.*) *L* | abire me *Rp* | He *L* Hem *VCR* | humanum u *ex* a *pr.* *L* | f. te nescio *P* te fuisse scio *Rp* 5 eligantem *LP* eleg. *VR* | miseris (*om.* per) *C* 6 Magnum *P* 9 tibi *om.* *P* 10 ah *V* ha *LP*[1] hah *P*[2] | furiem *P* | unum *ω* iam *Klinkh.* 11 metuis *in ras.* *P* | Qaeso (*pr. c.*) *V* 14 es/ (t *er.*) *L* 15 uultis *PR* 17 et seruil. *Rp* 18 Oe *V* oe *LP* | iam *om.* *Rp* 19 porci//am (n *er.*) *L* portiam *Rp* | fufiam *VL* (*in L* f *ex* r) fusiam *PR deleuit Klinkh.* 21 paruum *VR* par.um (*pr. c.*) *L* parum *C* 23 iura *LP*[1] iuris *VP*[2] iure *Rp* 24 quaere *P* | pro mago *Wernsd.*

solent. QVER. Quoniam ita uoltis fiat, sed ubinam illi sunt socii atque adiutores tui?

SYCOFANTA. QVEROLVS V 4

SYCOF. Nosque praesto sumus, o parens ac patrone. QVER. O Sycofanta, o Sardanapalle, haec uestra est religio. Sed causas iam hic praestitit, uos abite quolibet. SYCOF. Et nosmet scimus Querole, quoniam tris edaces domus una non capit. Verum quaesumus, uiatici nobis aliquid ut aspergas, quoniam spem omnem amisimus. QVER. Viaticum ego uobis quonam pro merito? SYCOF. Nos cum Mandrogeronte huc uenimus. QVER. Digna causa! — — — —

DECRETUM PARASITICVM

— — — — — — — mercedem uulnerum *i*ctus accipiat parasitus. In conuiuio si fuerit ueste discissus, a rege conuiuii duplam mercedem reparationis accipiat. De liuoribus in quadrantem solidi *uni*us, de tumoribus in trientem poena transibit. Quodsi et tumor fuerit et liuor, solidi unius b*e*ssem iure optimo consequetur. Vnam uero unciam aposiae, hoc est excoctionis, contemplationi concedimus. Placuit autem, ut etiam de plagis et uulneribus infixis summo*to* stre-

1 uultis *ω* 2 sunt *al. ss. P* ‖ ET SARD· *add. P* 3 Nos quoque P^2 4 sardinapalle V^1 sardanapallae (s *ex* c) *P* 5 iam *om.* P^1 | abite] *litterae* abit *in ras. P* 7 tres *R* 10 mandrote *P* 11 Digna] Oi digna *P* | causa] *pauca desiderantur. Continuo sequitur in libris eodem in uersu quod ad Aulularíam non pertinet edictum parasiticum: prima eius uerba* mercedem u. u. accipiat *Aululariae adiunxit post alios Klinkhamerus.* | *finitur uersus post* mercedem *V post* uulnerum *L post* si fuerit *P* 12 uictus *ω* ictus *JFGronouius* 14 rege] .i. principe *gl. R* 15 illius *ω* unius *ss. al. V idem coniectura inuenit Daniel* 16 Quodsi et tumor] Quod etsi t. *p* et *om. P* 17 bissem *ω* bessem *Klinkh.* 18 aposie *P* apoziae *Daniel qui ἀπόζεμα add. in L* aporiae *Daniel*² | hoc est excoctionis *del. Daniel* | contemplationi *V* que *add. Klinkh.* contemplationis *LP* contemplatione *Daniel* 20 infixis *LV* defixis *P* inflictis *Canneg.* | summo *ω* summoto *R*

pitu criminali amicorum praestetur inspectio, ita ut dodrantem solidi nec inspicientum gratia nec largientis excedat humanitas. In loxu autem et ossibus loco motis usque ad deuncem solidi iniuriarum com-
5 modum placuit extendi. Iam porro de ossibus fractis placuit conuenitque, ut in minutalibus solidus, in principalibus uero ossibus argenti libra protenus traderetur. Quae autem uel principalia uideri ossa debeant uel minuta, medicorum tractatus inueniat. Si autem pa-
10 rasitus amplius quam praefinitum est postularit, plus petiti periculo stranguletur. Rex conuiuii iniuriarum merita etiam uoluntariis decertationibus cogatur exsoluere, ita ut praemium criminosi *in* mercedem transeat uulnerati. In tantum autem parasitis consuli iura
15 uoluerunt, ut si uulneribus adflictus contestata lite defecerit, heredibus eius paterni laboris ac meriti praemia non negentur. Quodsi parasitus quamuis tractatus incommode, tamen de malis suis intestatus occiderit, heres agere non poterit. Qui causas mortis
20 non reddiderit, insepultus abiciatur. Et haec omnia sic constituimus quasi inter *se* hominum liberorum et aequalium lasciuiens turba desaeuiat. Nam si a patrono uel seruo patroni parasitus contra leges pertulerit iniuriam, habebit fugiendi liberam potestatem.

---

1 criminari *ω* criminali *Daniel* | praestentur *P* 2 inspicientium *Rp* 3 loxu *VL* luxu *PR* 4 iniuriarum commodum *in ras. al. P* 5 complacuit *P* 6 inprinc. *VP* imprinc. *L* 7 protenus LV^1PR^1 protinus V^2R^2 12 uoluntari/is (i *ex* u) *L* uoluptuariis *Canneg.* 13 premium *ω* | in merc.] in *om. ω add. Wernsd.* mercedem non tr. *Canneg.* 14 *s. uerba haec* autem *ad* Quodsi *omissa in P sed marg. adiecta saec. XV.* 16 defecerit] .s. pater parasitorum *gl. R* | paterni] parti *Canneg.* | premia *ω* 21 se *om. ω add. Daniel*, inter hominum l. et ae. lasciuiam turba *Daniel*[2] interim *uel* interea *uel* interdum *idem* 24 AVLVLARIA PLAVTI EXPLICITA FELICITER *LV* EXPLIc̄ QVERVLVS *P*

INDEX
NOMINVM RERVM INFERIORIS AETATIS VOCABVLORVM

abdere *abicere* 57, 1
abdicatus *exheredatus* 45, 21
abiectio 41, 4
abige* te 42, 16
abistinc 9, 1
academico more 3, 13
accommodare fidem 4, 11; 46, 21
operam atque adsensum 20, 10
aurem 15, 8
ad sua collocari 5, 1
ad legem 58, 19
adquiescis, ut — fuerit 56, 10
adserere 57, 4 *c. accus. c. inf.* 52, 4
assertio 10, 2
adspergere 32, 6; 59, 8
adstruere *c. accus. c. inf.* 51, 6
adulterinum uinum 38, 11
adynaton 20, 27
aediculum 24, 4
aeditui 31, 5
Aeneas 31, 21
aetas *auri* 38, 23
agelastus 46, 21
alienus alicui 51, 15
aliquatenus 4, 15
in aliquo *in aliqua re* 44, 5
alter *alius* 20, 5
ambitor 41, 5
ambo 5, 1; 58, 15 ambobus 39, 12
amiger 7, 17
ampulla 38, 6
ancillarum feriae 40, 14
angiportum 46, 17
anima in faucibus 46, 5
autelucandum est 36, 21
Anubis 31, 6
anseres 28, 19 genus anserinum 30, 5
Apici fercula 22, 18
aposia 59, 18
ARBITER uicinus 35, 17; 39, 4; 49, 18; 50, 19; 51, 3; 53, 6. 13; 54, 11; 55, 10
arioli 30, 9
arpyiae 29, 23; 32, 7
atomi 28, 25
auarus in suos 39, 10
aula 45, 22
aula *olla* 22, 15; 45, 23; 47, 5; 49, 3. 14; 53, 11; 56, 2. 6 *bis*
auri odor 46, 5. 8
Aululariam 5, 9 Aulularia 5, 22
ubi aurum est totum est 39, 2
grauitas *auri* 39, 1

balneae 39, 20
baltei 21, 21
barbarum os *Romanum* 5, 6
bellus 18, 24; 25, 16
bene perfidus 7, 1
bimulus 51, 22
bes solidi unius 59, 17
bona hora 11, 5
Briseiden 18, 21
bustum 4, 14. 18; 6, 18. 26; 46, 12; 48, 2. 20; 54, 28; 55, 20; 56, 9. 10; 57, 2 busta 4, 1
bustum efferre 14, 13

calceus 17, 14
Kalendis 37, 20
haec spes iam non calet 45, 25
calices 38, 3

calida 38, 3 calumnia 51, 4
cancri *aestas* 17, 17
caninia lex 58, 19
a capite exponere 33, 24
capita interdictorum 58, 18
capitalia 10, 10
capripedes 32, 18
capsae 48, 16 Titi 18, 15. 16
captator horarum 41, 8
carbonariae 9, 11
castrata lagoena 38, 12
catenulae 23, 9
caupones 35, 20
quid aliud in causa est nisi quod 56, 26 causas praestare 59, 5
cautio est ab 44, 19
celeri *celere*, *celeriter* 43, 11
censores 13, 18
Cerberus 31, 20
cerulae*depstae 38, 6
chartas agere 18, 3
toto cum choro 18, 20
Cicero *uid.* Tullius — O tempora o mores 54, 8
Circe 31, 1
circumforanus 41, 7
circumspectator 41, 7
claudi, non intercludi 44, 21
claustrum *operculum* 46, 7
de clepsydra respondere 34, 9
clodo cum pede 5, 24
codicilli 49, 13; 54, 2
coheres 4, 4; 49, 14; 52, 2. 4
collegium 3, 5; 12, 14
color *auri* 38, 23
commendare *committere* 6, 15
concubinulae 18, 17
condita luporum 18, 9
conditionalis: munerare possim si nanciscerer 50, 20
conditores iuris *coci* 22, 17
condītus *conditura* 22, 18
coniugatio *coniunctio* 40, 6
coniunctiuus: omnia quae negauerim 18, 27
comessationes 13, 1
compaginare 54, 16
compares* 13, 1
conscende maria 18, 12
*conscindit suras canis 46, 18
consecutio temporum: sum precatus ut enarres 33, 19
quasi ex consilio 35, 16
consortes 14, 20
constat causa *stat* 55, 22
constellatio 34, 10
consules 58, 20
contemplatio (*inspectio?*) 59, 19
conuiuator iudicum 41, 6
corymbi *sannae* 32, 5
cocus 22, 17
coturnus 17, 13
criminalis strepitus 60, 1
criminosus *maleficus* 10, 7; 60, 13
cucullorum tegmina *uestis funebris* 45, 3
cui bono 8, 3; 20, 14
cultus miser *funeris* 46, 11
curtare balteos 21, 21
curti canis monita 46, 15
cygnus 30, 13
cygneus 30, 7
cynocefali 28, 20; 29, 24; 31, 2. 20
cynicus magister κυνηγέτης 24, 15
Cytheren 18, 20

de 59, 15. 16
de atrio 24, 19
dealbatus 9, 10
decertationes 60, 12
deliciae *fastidia* 38, 4
deplorare *deprecari* 16, 5
deploratio dura 14, 5
destruere et adserere 3, 14
deterior inferioribus 15, 25
deunx 60, 4
deus iratus sit 39, 12
dibacchationes 13, 3; 40, 14
difficultas et persuasio magna hominis 26, 14
dirigere aliquem *mittere* 52, 11
dirus *superbus* 41, 2

disciplinae Graecorum 5, 5
discissus ueste 59, 13
discretio 38, 17
distantia 38, 22
di te seruent 34, 7; 41, 20; 53, 9; 54, 13; 57, 8
ex diuerso 24, 5 e diuerso 7, 8; 34, 23
diuinitas 50, 1
diuinus *uates* 4, 11; 25, 11; 27, 16
dodrans solidi 60, 2
domi *in domum* 51, 7
dupla 59, 14

ecquid* 7, 15
eneruare crura 46, 18
erudite ratiocinator 18, 6
Euclio 3, 19 *bis;* 6, 11; 14, 10; 22, 19; 46, 19; 48, 4; 49, 5; 51, 23; 52, 7. 25; 54, 8; 58, 9; Euclionis 58, 2
exauriculatus oenophorus 38, 5
excidi mandato 21, 24; excidit hoc 16, 15
excoctio 59, 18
excipere ferrum *comminus pugnare* 16, 10
exequi iure et legibus 55, 10
exequiae inanes 14, 5
exheredare 45, 20
exigere et exsoluere 16, 14
exosus *inuisus* 18, 7
expensa 40, 16
expensae 36, 17
experimentum dare 33, 7
explicui partes meas 53, 15
explodere 10, 3
res ipsa exponit et docet 52, 15
ex transuerso *praeter spem* 20, 2
extraordinaria *sc. tributa* 32, 10
extrudere *mittere aliquo ex aedibus* 37, 12

fabellae *confabulationes* 3, 16
face 51, 14
fallis turpiter *falleris* 14, 21
fatigare *ludere* 53, 15
fatum *de Lare* 7, 7. 22; 8, 22
feriae ancillarum 40, 14
ferulae 27, 9
fibula 21, 21. 23.
mala fortuna 33, 4; 34, 13; 41, 14. 19; 42, 4; 47, 12. 13. 21; 57, 11
fortuna bona 20, 24; 42, 11; 45, 14; 47, 23
formula *exigua forma* 38, 21
toto uti foro 18, 28
fraglare 46, 8
fragmenta urnae 50, 5; 51, 2; 54, 15 fragmentorum paginae 54, 24
fore *esse* 35, 16 fuero 6, 1 fueris 17, 1 fuit 7, 1
fortassis 51, 17
fuliginosus 21, 18
fultus *sartus* 38, 6
fumosa *calida* 38, 3
funus contingendi *metus* 45, 27
furia lex 58, 19
furiae 29, 24
fusia lex 58, 19
furtum facere alicui 49, 4

gaudia *de feris captis* 24, 16
genesim colligere 34, 13
genius 7, 9; 9, 6; 12, 3 genii 33, 2 geniorum sigilla duo 34, 26
gesta 32, 2
gracula 46, 14
Graecia nostra 17, 2
Graecorum disciplinae 5, 5
gratiam referat *accipiat* 5, 8
grauare quem in qua re *accusare* 44, 5

habeat teneat possideat 15, 11
hac atque illac 8, 4; 29, 18; 32, 13; 43, 8; 47, 18
h *omissum*: amigerum 7, 17 *at* hamati 23, 9 arioli 30, 9 arpyiae 29, 23; 32, 7 aue 51, 9 *at* haue 8, 4

hinc *ab hac parte* 5,23; 12,11; 15, 1; 19, 9; 36, 15 istinc 14, 11; 42, 1
Hecuba *Anubi nupta* 31, 6
hirquicomantes 32, 19
hora *bona hora* 35, 22; 41, 8
hydrae 29, 25

iactans 49, 5
iligineus 24, 8
ille — ille 4,24 ille noster 5,14; 39,10 noster ille 25,5; 43,22 iste noster 7, 4 uester ille 43, 13 meus ille 40, 17 cf. 41, 1 pater meus ille 51,23
in agendum prodire 5, 24
incipientes mei *tirones* 23, 1
indic. in interrogatione scire cupio quisnam iste est 26, 11 audite quid loquor 27, 7 scin tu quid uoluimus 28, 2
indulgere *impertire* 3, 9; 5, 8
post indulgentiam sordidior est abiectio 41, 4
inermes regulae 24, 10
inicere calumniam cui 51, 4
inpostor 21, 23; 27, 28
imputare *computare* 15, 18
inquam 45, 26; 54, 1
insipientum 12, 13
inspectio 60, 1
inspicientum 60, 2
claudi, non intercludi 44, 21
interdictorum capita 58, 18
intestatus 60, 18
inuestigatam per uestigia 5, 10
ipsud 27, 8
istuc *istud* 52, 7
index 17, 19; 41, 6
iuncturae inuersae 37, 1
Juppiter *sidus* 34, 11
iurgare *litigare* 17, 6
iuris condītores *coci* 22, 17
iuris instructissimus 58, 23
ius gentium 16, 23

laetissima multa *iocosa* 57, 24
lagoena 38, 12
LAR FAMILIARIS 5, 15; 6; 8, 25; 9, 8; 12, 9; 14, 28; 16, 16; 19, 3; 50, 15
largiri 19, 29
Latinorum 5, 6
lectio materiae *opponitur* 5,17
lex porcia caninia furia [fusia] 58, 19
libra argenti 60, 7
ligare aliud ex alio 37, 5
ad Ligerem 16, 22
limari *de argento* 38, 16
lite contestata 60, 5
litteratura *auri* 38, 23
liuores 59, 15. 17
loxus *luxum* 60, 3
luditur in uerbis Panem deum 32, 21 magister cynicus 24, 15 iuris conditores 22, 17 ad legem porciam caniniam furiam consulibus Torquato et Taurea 58, 19
ad ludum et ludibria 54, 27
luna in saltu 34, 12
lupus 18, 9; 55, 22
lustrum *λύματα* 36, 2; 42, 2
lymphae 38, 10
magicae *sc. artes* 51, 16
mathesim et magicam 45, 10
magus 26, 2; 27, 1. 3. 16; 44, 11; 45, 20; 47, 21; 57, 11. 15 magus mathematicusque 4, 8; 25, 9; 50, 11; 58, 6
male imprecari 44, 7
maliloqui 44, 9
MANDROGERVS 5,15; 22,14; 26, 28; 50, 10. 25 Mandrogerus *quinto casu* 23, 3; 24, 1; 27, 21; 28, 2; 33, 17; 33, 22; 41, 14; 43, 1. 6; 45, 1; 53, 15; 54, 15. 20; 55, 15. 20; 57, 28 Mandrogerontem 49, 10; 52, 10 Mandrogeronte 59, 10
manet 33, 27
manifesta *somniis opponuntur* 23, 18

manumitti 40, 15
Mars *sidus* 34, 10
Martialis laudatur XII 34, 7: 12, 22
materia 5, 17
medicorum tractatus 60, 9
mecum *penes me* 3, 7; 13, 11; 15, 21
medium *dimidia pars* 52, 10
Mercurius *sidus* 34, 11
metamorphosis 48, 20
metuculosus? 46, 1
mesanthropus? 8, 5
in parte ciuili et ministeriali *16, 13
minutalis 60, 6. 8
modio inuerso 39, 6
mulae 37, 1
mulio 37, 1
multiforme et multiplex 30, 24
multisonus 31, 10
ex municipe agere 41, 2
muta remuta 38, 19
mysteria *di ignoti* 9, 7; 29, 22 mysterium 30, 4; 31, 12; 48, 9

natales *seruorum* 40, 13
ne: men rogas 10, 22 dixin 53, 7 audin 23, 17 scin 28, 2 tun 34, 6 domine 50, 14
ne *ne—quidem?* 46, 20
nec *ne—quidem* 47, 23; 37, 1
neque *ne—quidem* 56, 24
Nestoris pondus *hernia* 18, 21
nimium *nimium diu* 40, 17
nobilitas *auri* 38, 23
noctiuagae 32, 18
nouelli *tirones* 23, 1 nouellus 51, 19
noui et scio 49, 19 credo et scio 49, 19
nuces et sorba 32, 6
numeri 28, 23
numquid 14, 18; 38, 11; 43, 16
numquidnam *15, 3. 9; 33, 18; *40, 11; 44, 5

quid horae nuncupamus? 34, 7
nuptiae 40, 13

obaudire 29, 16
obsequia *ministri* 28, 17
obseruator ianuarum 41, 6
obuiare cui 21, 25; 50, 14
occursus antelucani 17, 18
oenophorus 38, 5
non unius officii homo 58, 6 ex officii principe 41, 3
olere, redolere 46, 5
oleum 20, 12
olla 45, 22
olores 30, 12
omina graculae, curti canis 46, 15
oportune 7, 17 oportunum 35, 9
optinet 17, 7
opus plus insto imperat 39, 5
orna 3, 19; 4, 2. 13. 16; 6, 12. 14. 25; 42, 21; 43, 1; 55, 19. 26; 56, 5; 57, 13; orna funesta 54, 13
ossa minutalia, principalia 60, 6. 8

paginae 32, 3 paginae fragmentorum *inscriptio* 54, 24
multarum palmarum homo 58, 23
palam celare 6, 13
Panem deum 32, 21
PANTOMALVS *seruus* 14, 12. 13; 34, 19 Pantomale 35, 17; 43, 12. 18. 25; 47, 18; 49, 19; 51, 2; 54, 17. 23; 55, 17 Pantomalos 14, 14
Paphien 18, 20
parasitus 4, 3. 7; 59, 13 *et alibi*
parasiticus 58, 17
in parte 24, 5; 52, 14
pater familias 57, 20
patria *auri* 38, 23
patronus 60, 22
patus? 17, 1

pedisequi 39, 22
percolare *perpluere* 36, 15
periculosa animalia 32, 4 p. homo 36, 10
perierare 11, 4. 7. 16. 18
perquisitio 36, 24
perscriptio *codicillorum condicio* 54, 4
persuasio magna 26, 14
phantasmata 45, 13
pistrinae 9, 11
plagae et uulnera 59, 20
planetae 28, 19. 23 *sqq.*
Plauti 5, 10
plumbeum claustrum 46, 7 plumbeum ornae tegmen 57, 13
plus petiti periculum 60, 11
polenta 30, 19
*pondere auri grauida urna 48, 25
pondus Nestoris 18, 21
popellus 32, 7
porcia lex 58, 19
praesentare 32, 10
praesidium *de pecunia* 20, 15; 50, 13; 57, 1
praestare causas 59, 5
praestigium 9, 3. 4; 16, 21; 22, 5; 51, 1 praestigia 38, 19; 54, 21; 57, 14
praetor 55, 9
prius est ut — quam ut 20, 27
pro magno quaerere 58, 24
Proteus 31, 1
prouerbialia uid. agelastus 46, 21 Apici fercula 22, 18 aurum in cineres uersum est 45, 5 numquam audisti: nemo gratis bellus est 18, 24 cui bono 8, 3; 20, 14 de calcaria in carbonariam 9, 11 canes *parasitorum significatio* 24, 15 de clepsydra respondere 34, 9 dealbatus 9, 10 dies deficiet ante 9, 19 cohors fuliginosa *etc. fures* 21, 19 ferulas non habet 27, 9 toto uti foro 18, 28 fumum uendere 31, 14 bona hora hoc exaudiat 11, 5 saepe condita luporum fiunt rapinae uulpium 18, 9 auribus teneo lupum 55, 22 inuerso modio 39, 6 muta remuta 38, 19 Nestoris póndus 18, 21 oleum infundere 20, 12 o tempora o mores 54, 8 istud plane est quod saepe audiui: obscuris uera inuoluere 20, 19 pellibus ossibusque uestris eueniat 44, 3 pecunia uita 48, 17 *cf.* 39, 2 pecuniosorum podagra 18, 15 una sit illi istaec et perpetua uia 42, 5 alia temptandumst uia 24, 13 res uere mala uicinus malus 14, 24 sursum deorsum 29, 19 ultro citroque 37, 12 uulnerum merces 59, 12 si fas est 7, 4 tris edaces domus una non capit 59, 7
pseudothyrum 44, 19
publicare *palam facere* 39, 24
purificat et puram facit 4, 12 purificatus 41, 22

quadrans solidi 59, 15
quadratus Juppiter 34, 11
quanti *quot* 40, 9
quasi qui mecum uixerit 34, 1
seque cum suis 15, 12
quid *quidquid* 48, 9
quicquid libet 37, 17; 43, 5
quidquid abstulerit.. quidquid rettulerit 4, 22
quod bonum faustum felixque sit 36, 5
quod *c. coni. pro accus. c. inf.* 28, 27
tantum est quod interpretantur 30, 9
QVEROLVS fabulae nomen 5, 22 *qui queritur sine fine*, *μεμψίμοιρος* 21, 3 — 4, 11;

5, 12. 22; 7, 3; 15, 27; 34, 6; 37, 4; 38, 13; 39, 3; 47, 8 Queroli 3, 18; 4, 10. 16; 6, 4. 11; 24, 23; 48, 10; 49, 9 Querolo 6, 19; 47, 4; 49, 15; 52, 7 Querolum 4, 7; 13, 9; 21, 3 Querole 8, 2. 3. 9; 10, 9. 13. 24; 11, 8. 22; 12, 22; 14, 13. 25; 15, 17. 19; 18, 9. 23; 19, 4; 34, 13; 35, 21; 40, 11; 41, 12; 42, 17; 45, 18; 47, 15. 19; 48, 4; 51, 9; 52, 5; 55, 12; 58, 3. 12; 59, 5

rancidus *fastidiosus* 36, 10
ranciscere 46, 9
ratiocinator erudite 18, 6
recognoscere 5, 21; 57, 12. 26
redeunti thesauro 50, 14
redolere, olere 46, 5
reflui coturni 17, 13
regulae 24, 11
religio 41, 16; 44, 18; 59, 5
r. celebranda 35, 7
remutare 38, 19
renitens 50, 16
reparationis merces 59, 14
calcei quos terra reuocet 17, 15
reus sepulchri uiolator 4, 23
rex *imperator*? 19, 29 rex conuiuii 59, 14; 60, 11
regium nomen (Sardanapalli) 33, 16
rimator 41, 7
risores 25, 11
rite *iure et legibus* 56, 18
Rutili 3, 1; *5, 1

sacci 48, 16
sacrilege *adu.?* 55, 4
sacrilegium 56, 13. 22; 57, 6
sacrorum genera optima uel cultu facilia *recensentur* 28, 10 *sqq.*
luna in saltu 34, 12
salua res erit 6, 25
sannae 32, 5
SARDANAPALLVS Sardanapalle 24, 14; 33, 13; 45, 2; 46, 2; 59, 4
Saturnus *sidus* 34, 10
scrinia 48, 16
scriptuli 39, 1
scripturae fides 4, 4; 45, 26
secretum 53, 2; 57, 18 secretum a populo 26, 1 secreta et familiaria 4, 10
senatus consultum seruilianum et parasiticum 58, 17
seque cum suis 15, 12
serae et catenae *ianuarum* 42, 18
seruilianus *ad seruulos spectans* 58, 17
seruulus 34, 17; 41, 6. 7; 44, 2
ne sies 26, 20
sigilla 24, 20; 34, 25; 35, 5
si fas est 7, 5
simiae 32, 1
simpliciter intueri *sine ira* 38, 7
socci 17, 7
soceri 10, 30
mi sodes 26, 7
sol rotundus 34, 11
solidus 38, 19. 20; 59, 15 solidi 23, 8; 38, 18; 48, 17
sollemnia *sc. tributa* 32, 10
sollemnitas quaedam 35, 5
somnia *narrantur* 23, 5 *sqq.*
somniculari 39, 15; 44, 17
somnulentus 39, 14
sorba et nuces 32, 6
specialiter 13, 20; 29, 17; 37, 18
strangulari 60, 11
striges 29, 24
subornare lumen 39, 23
subrancidus 30, 20
sucus *de uino* 38, 12
sufficiens sibimet 6, 6
suggerere *docere* 37, 7

superfluus 52, 1; 54, 6
sursum deorsum 29, 19
suscensere 14, 8
SYCOFANTA 24, 2. 13; 26, 6; 33, 25; 45, 1; 47, 23; 59, 4
sycofantae 44, 8
synastria hora 35, 22

tamquam pro memet fecero 42, 19
Taurea consul 58, 20
tegmen ornae 57, 13
tempore *temperi* 39, 18
sub terra habitant *fures* 21, 19
testulae 50, 9
Theocles *seruus* 44, 14
tinniunt solidi 48, 17
Titi capsae 18, 15. 16 Titi podagra 18, 15
titulus 54, 19; 56, 3. 5
togatus 17, 7; 41, 5 ex togato agere 41, 2
tormenta 32, 12
Torquatus consul 58, 20
totum qui potest *deus* 49, 8 totum 11, 21; 16, 26; 24, 15; 25, 16; 28, 23; 34, 15; 37, 3; 39, 2; 40, 4; 56, 20; 57, 4; 58, 11
tractatus medicorum 60, 9
traditio 24, 3
transfigurare se 40, 10
transfusiones 29, 9
transibit poena in quadrantem solidi 59, 16
ex transuerso *inopinato* 20, 2
Tricipitini filius 46, 2; 54, 24
triens solidi 59, 16
Trierinus 46, 2; 54, 24
trigonus Mars 34, 10
tripudiare 48, 13
tris 59, 7
trisulcus sibilus 30, 15
tubuli *angusta tibialia, opponuntur soccis* 17, 17 angusti et noui 41, 11

tulit *abstulit* 45, 19
Tullius 30, 21 *(pro Roscio XX 56)*
tumores 59, 16. 17
tutelae sigillum 34, 25
tympana leuia 38, 15

uacunm est *uacat* 26, 9
uah 43, 23
ubi te aspexerit 25, 13
ubinam *qua ratione* 51, 19
uela *sacellorum* 31, 4
Venus *sidus* 34, 10
uiaticum 59, 8. 9
uicinus malus 14, 24
uiuo *si uiuo* 51, 12
uisitare *inspicere* 45, 23
ulcisci se 4, 15 u. de quo 47, 3
ultimo 54, 28
ultro citroque 37, 12
ululae 29, 24
uncia 59, 18
uncinuli hamati 23, 9
unde (*cf.* hinc) 9, 21
unguentati calices 38, 3
unum—aliud 57, 2
uoltus *solidi* 38, 23
uoluere fata 32, 3
uolumina capillorum 39, 26
uolupe 7, 6
urbane *callide* 47, 10; 11, 16; 18, 27 urbanus 22, 3
urceolus 38, 4
urna 50, 5 *uid.* orna
usque quaque 21, 5; 52, 15
usurarius *subst.* 46, 9
uulcanosus 21, 19
uulnerum merces 59, 12
uulpes 18, 9

zelotypi 40, 3
Zeta *seruus* 34, 20; 44, 15; 47, 18

Apollonius of Tyre

HISTORIA

APOLLONII REGIS TYRI.

RECENSUIT ET PRAEFATUS EST

ALEXANDER RIESE.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

I.

Historiam Apollonii regis Tyri e Graeco sermone in Latinum ab ignoto auctore uersam ut ederem, TYCHONIS MOMMSENI beneficio mihi contigit, qui, cum aenigmatis Symphosii in anthologia Latina edendis me ad illam fabulam memet uertisse quondam memorassem, totum apparatum criticum (ut uocabulo utar) a se conlectum usui meo perliberaliter concessit. Eius libelli codex longe princeps est

Laurentianus plutei LXVI num. 40 membranaceus in forma quadrata minore, saeculo nono uel decimo longobardicis litteris exaratus, qui post *Exordium regis Assyriorum* et *Exordia Amazonum et Scytharum* et *Excidium Troiae* Dareti tributum a Ioanne subdiacono scriptum aliaque in foliis 62 r.—70 u. (quo codex finitur) libellum nostrum continet. cf. Bandinius catalog. bibl. lat. Laurent. II p. 812 sqq. Ceterum fol. 70 u. Augustus Steitz a Mommseno (qui ne describeret tempore urgente olim impeditus erat), fol. 70 r. Andreas Spengel a me rogati officiose descripserunt. — Is codex, a reliquis bonis libris in plurimis locis ualde discrepans, ubique tamen, pusillis quibusdam exceptis, in quibus errare potuit uel exiguas lacunas admisit librarius, ita est et mendis fere liber et sententiis uerbisque optimus, ut hunc unicum mihi ducem sequendum proposuissem — si modo integer extaret. Sed lacunis post fol. 66 et 68 pag. ed. m. 14, 12—42, 4 et 47, 16—54, 7 et 60, 13 ad fin. interierunt.

B'' Quare ad alterum quoque codicum genus, quod et ipsum, quamquam praestantiam libri *A* haudquaquam assequitur, non fere est interpolatum, confu-
B giendum erat. Constat id primum fragmento Tegernseeensi saeculo X ineunte scripto, quod e Doceni u. cl. bibliotheca circiter a. 1828 in regios codices Monacenses peruenit. Codicis qui olim 38 foliis constitisse uidetur, quinque tantum folia (14, 18, 27, 31, 32; = ed. meae p. 22, 22—24, 7. 28, 21—30, 13. 48, 12—49, 22. 53, 21—58, 9) supersunt. Ad eandem familiam
b pertinent codices inter se simillimi Vossianus form.
β quadr. 113 saeculi noni uel decimi, et Oxoniensis collegii Magdalenaei 50 saeculi undecimi, quos ubi inter
B' se consentiunt littera *B'* significaui. Cum Tegernseeensi (*B*) hi libri plerumque congruunt, paululum tamen *B* a *B'* recedit et lectiones raro deteriores, saepius meliores praebet: quarum quae meliores sunt ad *A* familiam partim uergunt. Continet Vossianus[1]) fol. 1—30 r. *librum Ethici philosophi*, fol. 30 u.—38 u. *historiam Apollonii regis Tyri* usque ad p. 43, 17; fol. 39 r.—46 u. historiam Troianam Daretis Phrygii, sed initio cum inscriptione deficiente; deinde christiana uaria, fol. 70 r. —90 u. *de situ orbis* tractatus extat, quo codex finitur. — Oxoniensis, qui foliis 88—108 opus nostrum continet, solus librorum meliorum totam historiam praebet, neque ideo est spernendus, cum in parte, qua *b* quoque adest, illi simillimus, hic illic autem inferior, raro
B'' etiam uano emendandi conatu deprauatus sit. — Omnis autem haec secunda codicum classis textum exhibet ab *A* ita diuersum, ut, cum et narrationis progressus et plerumque etiam singulae sententiae (nec tamen omnes) cum *A* conspirent, uerbis ea saepe prorsus aliis hic atque illic expressae sint. Cuius rei rationes explicare infra p. XVI conabor; utut autem hae se habent, quaerenti mihi, quae ratio in edendo libro adhibenda esset, cum fieri non posset ut solum *A* librum

1) p. 23, 7 *chresimon* nota in eo posita est *χ*.

utpote qui mancus esset sequerer, duae uiae iniri posse uidebantur, ut aut et *A* et *B″* totos iuxta ponerem, quo utriusque familiae quoad seruata est indoles plene eluceret, aut *A* pro fundamento haberem et librorum *B.b.β* discrepantiam adnotarem tantum, in eis autem partibus ubi ille deest, *B″* familiam sequerer. Quam rationem, licet aliquid inaequalitatis habeat, praetuli, cum breuitati consulerem et praeterea aliquantulum saltem auxilii ad lectionem familiae *A* recuperandam ubique in tertiae familiae codicibus, qui sunt interpolati, adsit.

Huius familiae, quae et ipsa nono uel decimo saeculo non recentior est (nam ad eam uersio Anglosaxonica pertinet) codices plurimi sunt, multosque eorum Mommsenus totos uel ex parte contulit. Eorum omnium hoc est proprium, ut in uniuersum quidem cum *B″* familia consentiant, passim autem ab illa discedentes tamquam in transitu congruant cum *A*, sed et permulta additamenta habeant ab *A* et *B″* pariter aliena quaeque ad antiquam fabulae originem non pertinere diligenter exploranti certissime constet. Eidem, cum libere uersentur, prout libet, sententias uel singula uerba omittunt uel similia pro illis ponunt; glossematum quoque uelut p. 28, 3 aperta indicia sunt; nec ipsos inter se ubique congruere consentaneum est. Eos ubique afferre taedio, non usui esset; id unum egi, ut in quibus partibus *A* deperditus est, in eis ex optimo eorum *γ* ea quidem plene enotarem, quae cum illo communia eum habere uel uerisimile uel probabile aut mihi uisum est aut alicui forsan uideri possit; praeterea, ut *γ* cum *A* comparare liceret, eum p. 42—47 exhibui, ubi *A* extat. Nec tamen usquam fere quae *γ* suppeditauit in contextum recipere in re incerta ausus sum: qui librum *A* et ubi *A* deest, *B″* familiam repraesentat. [1])

1) Tantum p. 25, 7 et 25, 21—26, 11 hanc familiam secutus sum, quamquam nescio num posteriore loco recte fecerim; prior tamen in *B′* ita comparatus est, ut inter paucas eius familiae interpolationes habendus sit, neque dubito quin *A* ibi cum *γ* olim consenserit. — Ceterum adnoto, obliquis

Neque aliquid in γ omissum esse ubique indicandum putaui: non enim sui ipsius causa, sed eam tantum ob rem, quod eis locis ubi γ a B'' recedit cum A familia consentire potest, memorandus est; atque prorsus nil interest, utrum locum quempiam cum B'' congruentem exhibeat an omnino eum amittat.

γ γ = codex Sloanianus 1619 musei Britannici saeculo XI exeunte scriptus; post *historiam Alexandri Magni* fol. 16 r.—27 r. de *Apollonio* fabulam, deinde *Daretem* Phrygium (quem saepius cum nostro descriptum esse uidemus) continet. Sunt loci, quibus cum A uel cum B uel cum β solis conspiret, a reliquis dissentiens.

δ Porro Bodleianus 247 (Laud. H. 39) saeculi XII uel XIII Apollonii historiam fol. 204—223 continet; praecedunt historiae Vandalorum, Langobardorum, Caroli Magni, Alexandri Magni, epistola eiusdem. In uniuersum cum γ consentit, sed aliquanto liberior ideoque peior est, nonnulla autem in illo mutata sunt quae δ non ita habet. Rarissime hunc librum attuli.

ε Versionem Anglosaxonicam (ed. Thorpe Londinii a. 1834 ex cod. membr. Cantabrigiensi colleg. Corp. Christi S. 18. 201) saeculo undecimo tribuere non ineptum, decimo multo probabilius est. Proxime congruit cum δ, multa tamen omittit, ut uel consulto breuiata uideri possit; inter quae multa sunt, in quibus B'' ab A discrepat. Interiit a p. 26, 5 usque ad p. 62, 5. Rarissime latinis uerbis eam attuli.

Permulti praeterea extant Apollonii codices quos cum nouelli sint omnes accuratius non indagaui. Mommsenus (Pericles prince of Tyre, Oldenburg 1857, praef. p. XII) narrat, circiter duodecim in Britannia, septem Vindobonae, duos Vratislauiae, tres Monaci, nonnullos

---

litteris me ea distinxisse, quae in A desunt, in eis autem partibus in quibus A deficit ea, quae in B'' desunt: quaedam uero, ut p. 5, 2. 9, 4. 10, 5, quamquam ab A omissa, non ita distinxi, quia non ab eius familia sed tantum mero librarii errore ab ipso illo codice ea abesse constat.

in Italia et Gallia [1]) codices extare Hauptiumque adeo circiter centum fabulae libros nosse. Mommseni collationes in manibus habui librorum Bodleiani 287 (s. XIII uel XIV) et 834 (s. XV), Arundeliani 292 (s. XIII) et 123 (post s. XII), Monacensis 215 (a. 1462 scripti), Cantabrigiensium colleg. Corp. Christi 318 et 451 et colleg. Sidn. Δ 3. 15, Cottonian. Vesp. A. XIII P. 106. plut. 23, G: sed nil boni fructus praebent. Etiam Bernensis 208 saec. XIII, quem Hagenus meus amicissime ultro mihi contulit, ad tertiam classem pertinet. —

Antiquissima libelli nostri commemoratio ea est, qua catalogus bibliothecae circiter a. 747 monasterio donatae in *Gestis abbatum Fontanellensium* seruatus '*Historiam Apollonii regis Tyri in codice uno*' exhibet, cf. Liebrechtius ad Dunlopii *Geschichte der Prosadichtungen* p. 545; Pertzii Monum. hist. Germ. II p. 287. Satis antiquo tempore fabula nostra in compendium redacta est, quod in Laurentiano plut. 65 n. 35 saec. X p. 129—131 extat (cf. Bandinii catal. II p. 758); alterum Vincentius Bellouacensis operi suo inseruisse dicitur. Gratissima quippe medio aeuo fabula Apollonii erat, *gesta cuius celebrem et late uulgatam habent historiam* teste Guilelmo Tyrio XIII 1. Proxime ad ipsam fabulam ea forma accedit quam *Gesta Romanorum* c. 153 praebent, quamquam ea quoque liberrime et hic illic satis barbare mutata est; multis deinde modis linguisque inde a saeculo XII uulgabatur, quae enumerare meum non est (cf. Graesse, *Litterärgeschichte* IV p. 457 sqq. Simrock, *Quellen des Shakespeare* II p. 163 sqq.): hoc tantum memoro, Graecis quoque uersibus in Creta anno 1500 fabulam redditam esse nostroque etiam aeuo in Asiae minoris ora in oppido Aiwali eam in uulgi sermonibus uersari (Hahn, *griechische und albanesische Märchen* II 250 sqq. Liebrecht ann. Heidelb. 1864 p. 217): id quod a militibus cruciferis originem trahere Mommsenus pro-

1) Catalogus bibl. Parisinae codices 4955, 6487, 7531, 8502, 8503 affert saeculoque XIV omnes tribuit.

babiliter coniecit. — Edita est fabula primo s. l. et a. circa a. 1471, deinde a Velsero Aug. Vindel. 1595 (cf. eius opera 1682 p. 681 sqq.) ex libro inter tertiam et secundam classem et *Gesta Rom.* ancipiti; postremo pessime ex codice nouello a Lapaumio (Scriptt. Erotici ed. Didot. Paris. 1856 p. 611).

II.

Iam de ipsius fabulae origine aetate forma breuiter sed ut ad liquidum tandem res perducatur disserendum est. In qua omnia ficta esse per se patet, quamquam rex Antiochus qui Antiochiam condidit (qui mortuus est ol. 129, 4) in eius initio occurrit. Videtur autem nonnulla ni fallor uerae historiae momenta poeta noster eorum obscure memor in suum usum libere mutasse. Nota sunt quae de Antiochi illius erga Stratonicen nouercam amore a Luciano qui fertur (de dea Syria c. 17. 18) aliisque narrantur: fabulosus autem Antiochus filiam suam adamauit. Erasistratus scitus medicus qui Suida bis testante[1]) illius amorem detexit, cum Chaeremone medico eiusque discipulo apud nostrum comparari possit; ad Antiochum clandestino amore aegrotantem cf. nostrae fabulae c. 18 (p. 22), adeoque *Ἀρχε-στράτιδος* nomen cum *Στρατο-νίκης* illo comparare liceat. Nec multo post illius aetatem *Apollonius* quidam *Tyrius* uixit philosophus qui *περὶ Ζήνωνος* scripsit (Zeno mortuus est ol. 132, 3) a Strabone Diogene Porphyrio memoratus.[2]) Sed ea omnia pro lusibus haberi facile patiar, praesertim cum ad aetatem fabulae definiendam nil ex eis efficiatur. Quam nescio num fabularum Milesiacarum numero adiungendam censeamus: suadet prolixa narrationis ubertas, dissuadetur eo quod Milesiae

---

1) sub u. *Ἐρασίστρατος* et *Σέλευκος*.

2) Lucianus narrationi suae *Λούκιος ἢ ὄνος* titulum propterea indidit, quod Lucium quendam Patrensem in eo imitatur: is uero festiue inludendi causa elegit.

fabulae quantum nouimus omnes, uelut Aristidis quique eum uertit Sisennae et posteriore aeuo Apulei [1] — nec Petronium equidem segregarim — obscena pleraque uenantur, quae in nostra fabula non tam frequenter occurrunt. Cuius uniuersum argumentum prorsus simile est scriptis eroticis Graecorum adhuc seruatis, quae inde ab altero tertioue post Chr. saeculo usque ad Byzantinorum tempora composita sunt; quo quidem tempore etiam fabulae ad historiam se applicantes (praecipue de Alexandro Magno, sed alia quoque uelut de bello Troiano Daretis et Dictyis) apud Graecos Romanosque excultae sunt quoque Iulius Valerius fabulam de Alexandro quae personati Callisthenis dicitur e graeco in latinum sermonem libere uertit. Nostra autem fabula ex se ipsa tantummodo iudicanda est: quod ut fieri possit, primum componam quae in ea inueni ad disceptandam rem idonea, deinde quae ex illis efficiantur inuestigemus. Igitur sermo Christianis sententiis uerbisque refertus est; sed et ueteris religionis multa nec obscura uestigia accuratamque omnino antiquitatis rerum notitiam deprehendimus. Porro multa insunt quae e Graeco uersa esse appareat: insunt etiam quae tantummodo Latinae originis esse possunt; uocabula autem multa ultimis antiquitatis saeculis propria continet. Iam singula perlustremus.

1. Sententiae uocesque Christianae. Multa inest *dei* commemoratio (e. c. 27, 18. 37, 24. 43, 1. 47, 10); notabilia sunt: iusiurandum *per deum uiuum* (58, 18; cf. 40, 14), *per communem salutem* (17, 16), *per spem uitae meae* (30, 14), porro illa *uolente deo* (17, 3), *parcente fortuna et deo uolente* (15, 5), *gubernante deo* (32, 15), *fauente deo* (5, 6. 16, 11); *deum testari* (37, 8. 65, 13), *deo gratias agere* (12, 3. 37, 18); *de deo spera meliora* (18, 14); adde illum qui *angelico uultu* in somnio apparet (61, 21). Adde porro uotum barbam capillosque in luctu *non tondendi* Nasi-

1) cf. Capitolini uita Clod. Albini c. 12.

raeorum illud proprium (33, 8. 34, 18. 45, 4. 59, 18). [1]) Denique ni fallor sermonis sacrae scripturae imitationem in hisce deprehendere licet: *parabolae* pro aenigmatis (52, 15. cf. p. XIII), *laetare et gaude* (8, 13. 27, 5; 16), *mirantur et gaudent* (65, 5; cf. *miror et laetor* 26, 26), *salue et laetare* (50, 23), *allocutus est dicens* (47, 2. 60, 21. cf. 60, 11. 63, 17), *tolle et lege* (24, 20. cf. 23, 19); fortasse etiam in his: *tectum paupertatis suae* (16, 4); *sub iugo mortis stare* (37, 11); *benignitatem animae suae ostendere* (18, 10). cf. p. XII de *patria*.

2. Veterum deorum religionumque commemoratio. *Apollo* (20, 9), *Neptunus* (14, 16. 57, 5. preces ad eum 15, 9. Neptunalia 47, 11) cum *Tritone* (14, 17), et *Aeolo* (14, 8); *Diana* (32, 12. 61. 62. 63. 67) eiusque templum et sacrarium Ephesi, ubi Tharsia sacerdos fit; *Lucina* (28, 8), *Priapus* 'quem Lampsaceni colunt' (39, 15; 19), *Di Manes* in inscriptione (46, 14), *Tartarea domus* cum *inferis* (64, 26); adde illa *fortuna premente* (13, 15), *parcente fortuna* (15, 5); Tarsiorum ('*uestra*') *felicitate* (12, 16); *caelorum* (56, 18) et *templorum* (7, 15. 62, 2 sqq.) commemorationem moremque *uino et coronis sepulcra colendi* (36, 16) nec non *Chaldaeorum* mathesin (6, 5) et *genesin* astrologicam (46, 5), quae etiam in Pseudo-Callisthene c. 1 summi est momenti. cf. etiam 'tantus emanabat splendor, ut ipsa *dea* esse uideretur' (62, 13) cum p. 20, 9. — Itaque Christiana et antiqua religio omnino distinctae et secretae sunt nullumque 'syncretismi' quem dicunt signum apparet. Cf. etiam *rerum naturam* (1, 4) pro deo.

3. Antiquitatis rerum notitia: cf. quae leguntur de *talentis* (8, 19. 10, 15. 21, 2. 60, 16), de *aureis* (13, 1. 40, 7; 22. 41, 11. 42, 4. 47, 17. 48, 8 all.) et *aereis* (12, 19), de *libra auri* (40, 6. 41, 13) uel *pondo auri* (61, 6), de *sestertiis* (29, 6. 30, 8. 34, 11. 39, 5. 50,

---

1) cf. tamen etiam Ouidium Heroid. 13, 41 '*squalore* tuos imitata labores dicar' sqq.

19. 57, 5. 63, 5); de *thermis* (65, 18), *spectaculis* et *balneis* (7, 15), de *gymnasio* et *pilae lusu* et '*liquore Palladio*' i. e. oleo (16, 17 sqq.); de *gustatione* et *cena* (18, 4), de *triclinio* (18, 3. 20, 8); de *lyra* (19, 19. 20, 4. 43, 12) et *plectro* (20, 11. 43, 17), de *symphonia* (40, 9), de *organis* et *coronis* signis laetitiae (64, 3); de *foro* et *tribunali* (12, 11. 24, 6. 35, 4. 58, 28. 59, 16. 64, 14), de titulo *patris patriae* (64, 18); de *statuis* (38, 14, cf. et 40, 3) altera in *biga* (13, 7. 35, 4. 64, 20), altera in *prora* (61, 8) positis; de *inscriptionibus* (13, 10. 38, 14. cf. 40, 5. 46, 13. 61, 11. 64, 24); de *diademate* (27, 19. 59, 18); de more *auriculis reum comprehendendi* (59, 14); de *studiis liberalibus* (43, 12) et *schola*, in quam quinquennis iam Tharsia intrat (33, 15); de *cruribus frangendis* poena seruili (47, 19); de *cremandis cadaueribus* (30, 16 sqq.: sed in *loculis* ponuntur 29, 5. 34, 10).

4. Graecae originis fabulae uestigia. Primo loco ponendus est frequens participiorum praesentis temporis praeteritum tempus significantium usus, quem si ex graecis aoristi participiis uertendis ortum esse dicemus, non falsi erimus. Sic *dicens* est *εἰπών* (16, 15. 24, 4. 26, 18. 46, 3. 47, 2), pariter inuenimus *uale dicens* (11, 5. 13, 8. 21, 8), *ueniens* (11 adn.), *conuenientes* (38, 4. 59, 7), *exiens* (41, 22), *ascendens* (12, 11. 28, 5), *descendens* (52, 12. 62, 2), *uidens* (39, 1), *carpens* (16, 16), *dans* (42, 4), *induens* (59, 16), *deponens* (20, 14), *rogantes* (47, 10) pro *χαίρειν ἐάσας, ἐλθών, συνελθόντες, ἐξελθών, ἐπιβάς, καταβάς* rell. perperam ad uerbum expressa. *habens*, ut *ἔχων*, pro *μετά* uel *σύν* usurpatur 30, 8; cf. 6, 2. *dicens* superflue ut *λέγων* positum est (3, 16. 6, 7. cf. p. X 4). cf. etiam *stans* (pro *ἀναστᾶσα* 2, 9?) et *uolentes* (ut *βουλόμενοι* 65, 11). — Porro firmum argumentum graecae originis est illud *ciues Tarsis* 12, 12 et 12, 20 ab optimo libro exhibitum, graecam formam *Ταρσεῖς* repraesentans. *Tribunarium* (15, 17. 16, 5; 12. 17, 20. 66, 13) et *subsannium* (47, 3; 6. 48, 13.: an *subsanium*?) Romanis

ignota: sed *τριβωνάριον* habet Athenaeus p. 258 A, *σανίς* extat pro *κατάστρωμα* apud Eurip. Hel. 1556 et Lucianum et sic *σανίδωμα* apud posteriores.[1]) *Intellegens nobilem puellam* (39, 4) est *μαθὼν τὴν παῖδα εὐγενῆ οὖσαν*; sic *intellego te locupletem* (sc. *ὄντα* 20, 5); cf. 32, 9. *Habundantia litterarum* (4, 12) uel *studiorum* (24, 3. cf. 63, 22) est *πολυμαθία*, *amatrix studiorum* (21, 10) *φιλομαθής*, *prudentia litterarum* (4, 3) fortasse *λόγων ἐπιστήμη*. Memorabilem dictionem *princeps patriae* (4, 1; 11. 8, 8. 10, 5. 15, 21. 38, 4; 11; 13 all.) ex usu posteriorum, praecipue christianorum, Graecorum explicemus oportet, quo *πατριά* uel familiam uel gentem nationemue significat (*πατριαί· χῶραι, φυλαί, τοπαρχίαι* Suidas), ut idem sit atque *princeps ciuitatis* (39, 3. 48, 18. 49, 14). Ceterum *rex* quoque Apollonius appellatur (in titulo; 9, 12 in *A*, non in *B'*. 62, 16) et Athenagora *princeps* (40, 18. 44, 2). *Sortiti sunt* (47, 16): cf. *ἔλαχον*. Mare saepius quam plerique praeter poetas *pelagus* (*πέλαγος*) appellat noster (7, 8. 28, 19; 21. 36, 4. 37, 16 all.). *Classis nauium* (9, 6; 8): cf. fortasse *νεῶν στόλος*. *Regem magnum* (59, 9): cf. *τὸν μέγαν βασιλέα*? Adiectiua *infausto* et *beatissimi* (60, 18. 64, 15) optime intelleges, si *κακοδαίμονι* et *μακαριώτατοι* substitues. *Magnifice* allocutionem (48, 6) nescio an cum illa *ὦ σεβαστέ* contulerim. *Festinus ueni* (6, 15): adiectiuum pro aduerbio, usu graeco et poetarum. Nescio num etiam comparatiui *uade celerius* (17, 23), *gaudeo plenius* (25, 6; cf. 60, 9), *salubrioribus cibis* (32, 8) huc trahendi sint. Quid sibi uelit illud *scelere uehor* (5, 3) mihi quidem uel in aenigmate nimis obscurum uidetur. Proponam coniecturam, fuisse graece olim *ὀχεύομαι* i. e. coitum facio (quod hic optime locum habet); qui autem uerterit, eum uel in exemplari suo inuenisse uel sua neglegentia effecisse *ὀχέομαι* — id quod uertere poterat *uehor*. Denique *sed et* (7, 6) est *ἀλλὰ καὶ*,

1) *talantum* graeca forma habet cod. *γ* p. 60, 16.

sed nec (50, 3) *ἀλλ' οὐδέ*, *similiter* (40, 25. 43, 12. 42, 10?) *ὁμοίως*, *ne forte* (45, 8) *μή πως*, *ut quid* (45, 7) si recte se habet *ὡς τί*, *ac si* (44, 3. 50, 2) *ὡσεί*; *constanter* pro 'statim' (17, 11. 50, 22) est fortasse *συνεχῶς*, *tantum* in precibus adhibetur (48, 17. 52, 10) ut graece *μόνον* imperatiuo additum. Dignoscimus in his omnibus originem graecam inscitia eius qui uertit sermonisque latini imperitia uix uelatam.

5. Latinus sermo posteriorum p. Chr. saeculorum.[1]) *Aporiatus* (Vulgata. Ambros. *aporiatio* Tertull.) 37, 23. 41, 18. *acquiesco* pro oboediendo (17, 24. Cypr. Hieron.). *Briseida* (40, 4) casu nominatiuo (anthol. Lat.)? *ceroma, ae* (17, 11. Arnob.). *comes* sensu inde a Diocletiani fere aetate usitato (66, 15; 66, 21). *concupiscentia* (1, 10. Eccles.). *confundi* i. e. pudore affici (18, 1. 40, 18. 41, 17. cf. 50, 4. Cypr. Sulpicius Seu.). *de longe* (44, 9) et *de post tribunal* (65, 1): sic *de inter* in Cypriano adscriptis. *dedecus* i. e. corpus deformatum (35, 23. Apul. Iustin.). *disponere* pro statuendo (27, 14. Vlpian. Cypr.). *dilectio* (26, 22. Tertull.). *dum* c. coni. saepe pro *cum* c. coni. *honorati*: qui magistratibus functi sunt (35, 21. Lamprid.). *humiliare* (40, 15. Vulgata. Eccl.). *longus* pro longinquo 33, 12 (Iustin.). *maledico* c. accus. (46, 19. Petron. Cypr.). *medietas* pro dimidio (66, 2; 3. Pallad.); *medius* pro dimidio (29, 8. 40, 6: hoc Plautus Varroque habet, potestque ex Frontoniani aeui resuscitatione uetustorum remansisse). *paranymphus* (66, 10. Aug. Venant.). *parabola* pro narratione obscuriore quacumque (52, 15. Eccl.). *praesento* (60, 17. 63, 3. Apul. Aurelius Vict.). *pietas* pro misericordia (40, 18. 41, 1; 20. Cypr.). *quia* post uerba dicendi sentiendique adhibitum (6, 13. 10, 4. 22, 10. 26, 3. 39, 20. 40, 2. 46, 5. 49, 13; 21. cf. 33, 11 et 31, 23 adn.),

---

1) Auctores uocabulorum temporis angustiis impeditus tantum ex Forcellinii thesauro sumere potui, addito Cypriani indice ab Hartelio ed. Cypr. III 407 sqq. confecto.

quod ap. Cypr. et omnino inde a tertio saeculo frequenter occurrit. *sabanum* (16, 18. Pallad.). *salutatorium* substantiue (39, 15. Luxor.). *scholasticus* pro uiro docto quolibet (50, 9. cf. ad 22, 22. Trebell. Hieron.). *scruto* pro 'scrutor' (26, 1. Ammian. Aur. Vict.). *sortior* pro nanciscendo (47, 16. Vlp.). *turbulus* (53, 21. Apul.). *zaeta* (21, 18. Lamprid.). — Porro sunt, quae uulgarem siue rusticam linguam in litteras quoque ultima antiquitate inrepentem olent, uelut quod accusatiuus et ablatiuus casus saepissime inter se commutantur (quod in textum recipere rarius fortasse quam oportebat ausus sum): cf. *rediit in studiis suis* 35, 14; *in pelago mittam* 28, 21; *sedit in lectum* 40, 12; *descendit ratem* 32, 15; 37, 16; 31, 15; 39, 12; 47, 3; 6; 61, 16; 63, 15; 18 et multa alia. Porro *ille* articuli instar ponitur (24, 9. 25, 2. 27, 3. cf. 31, 13. 35, 13. 62, 5), *suus* adhibetur pro *eius* (7, 13. 41, 5. 64, 13); *habet annos quindecim ex quo* (36, 2) et *quid est hoc quod* (8, 5. 22, 4. 23, 1) Gallorum qui nunc est dicendi usui (il y a; qu'est-ce que) similia sunt. His adde illa *quomodo tecum* (41, 5)? *ad perfectionem* (31, 17). *populi* pro hominibus (59, 14). *constanter* pro statim (17, 11. 50, 22. sed u. supra). *inuicem* pro simul (63, 24). *alto uento* (i. e. uehementi) 28, 6. *sequi* c. dat. (64, 5). Sunt etiam quae non rustice sonantia solus noster exhibet: *tribunarium* et *subsannium* (u. supra), *libentiose* (48, 11. *libentia* extat ap. Plaut. et Gell.), *maiores ciuitatis* (12, 12. cf. 62, 5; ad 58, 28), *profectoria* (28, 3), *aspectus* pro latebris unde spectatur (42, 3), *sonat* i. e. fama fertur (63, 24), *testari pro aliqua re* (64, 20), *tua* uel *uestra pietas* pro 'tu' et 'uos' (46, 9. 65, 14; cf. 60, 21). Pauca quaedam cum Plautino dicendi genere communia habet, e. c. *decidere* pro moriendo (30, 11), quod Claudianus quoque resuscitauit; *cumulatus* c. genetiuo (20, 17), *dolet* c. dat. (24, 1), *definire* pro constituendo (52, 14); quae quidem altero p. Chr. n. saeculo usui dicendi reddita sunt. Plautino quodam siue dicam populari lepore conspicua

sunt: *rex longam habet manum* (9, 8 adn.); *plus dabis, plus plorabis* (41, 15); *non possum pro duobus aureis quattuor crura habere* (48, 20); cf. 41, 23 sq.; uerborum lusus (qui e graeco translati esse non possunt): *quaero* et *queror* (9, 8 adn.); *incidit* et *didicit* (20, 3); *miserorum misericors* (21, 9); cf. *fugere* et *effugere* (8, 15); 19, 19; 4, 14 adn.; adde quoddam finium in uerbis consonantium studium conspicuum p. 2, 1. 5, 3. 6, 8. 8, 16. 24, 18. 32, 5. 41, 15. 60, 22. Etiam Symphosii aenigmata (p. 52, 24 sqq.) et Vergiliana sententia (21, 21) e graeco sumpta esse non possunt. Sed etiam sunt quae contortam quandam elegantiam exhibent: *sermonis conloquium* (3, 9. 19, 9), *regni uires* (8, 14. 22, 11), *uox clamoris* (20, 13), *nodus uirginitatis* (2, 8. 42, 16), *facundia sermonis* (43, 14), *exsequiae funeris* (34, 12), *clementiae indulgentia* (24, 8), *caligo tempestatis* (17, 3), cf. et *tectum paupertatis* (16, 4). Etiam hic illic uerba contorte posita sunt, ut 45, 5: cui rei frequentem temporis praesentis perfectique in narrando uicissitudinem adiungo (cf. 4, 13. 7, 8. 23, 13. 28, 11. 32, 15 all.). —

Exponendum iam est, quid ex his omnibus, quae inter se dissentire primo obtutu uidentur, efficiatur. Primum igitur Graecae originis manifesta deprehendimus uestigia, eamque recte primus suspicatus est Velserus, quem plerique secuti sunt. Fabulam ceteris Graecorum similem reddunt etiam nauigationes, tempestates, piratarum incursiones, somniorum imagines, urbes in quibus res agitur, pudicitia tot calamitatibus seruata, all. Speciosum sane est, quod Simrockius l. c. profert, piscatorem qui tribunarii dimidium Apollonio dedit (c. 12) cum sancto Martino, Tharsiam in lupanari integram (c. 34 sq.) cum sancta Agnete comparari posse: sed haud necesse est, cum ceterum ueteris religionis tot uestigia animaduertamus: quae faciunt, ut omnibus usque ad quintum p. Chr. saeculis fabula graeca tribui possit. Hanc in Latinum sermonem conuersam esse dico ab

homine Christiano nec erudito nimium nec facundo. Hic, ut fecit Iulius Valerius in uertendo Pseudo-Callisthene, quem uario modo cum nostro comparare licet, non conuertit modo, sed hic illic transformauit quoque, fortasse etiam breuiauit. [1]) Hic autem est qui Symphosii aenigmata inseruit, quae Graecus nosse uix potuit; hic etiam, qui Christianae religionis uocabula supra posita addidit. Nam hoc omnibus persuasissimum erit, christiana illa et ethnica ab eodem homine prouenire non potuisse (ne enim quis de 'syncretismo' tunc solito cogitet, ipsa rei uerborumque ratio impedit); sed et hoc legentes perspicient, ethnica illa ad ipsam narrationem necessario pertinere, christiana leuiter tantum adsuta esse. [2]) Symphosium uero cum Romanus ille adhibuerit, saeculum ei ante sextum p. Chr. n. assignari non licet, si quidem illum circa a. 500 uixisse recte olim docui (in annal. gymnas. Austr. 1868 p. 483 sqq. anthol. lat. I p. XXVI; cf. Hagenus Anecd. Heluet. p. 272 adn.). Multum tamen post illum annum nostrum detrudere nolim, cum a septimi praesertim saeculi barbarie eius dicendi genus laudabiliter abhorreat, multa autem cum priorum inde a tertio saeculorum dicendi genere communia habeat (neque tamen Afrum neque Nonianum genus redolet): neque, quod codex *A* saeculo nono uel decimo scriptus mendis fere caret, id alicui persuadebit, ut ei aeuo scriptorem ipsum magis appropinquet. Carolingica enim aetate litteris quidem floren-

---

1) Ab hoc profectam puto exilem illam et siccam loquentium inductionem his uerbis *Rex ait* uel *Apollonius ait* all. taediose iteratis: quae quidem cum reliquis ineruditi stili, quo Romanus ille usus est, signis faciunt, ut hic illic sermonis genus siue populare siue sacrae scripturae simplicitatem imitans euadere uideatur: sed uideatur tantum. Ultima historiae pars magis etiam quam priores breuiata mihi uidetur.

2) Luculentum exemplum u. p. 15, 5: *parcente fortuna* (*φειδομένης τῆς τύχης*) aderat; *et deo uolente* Christianus ille addendum putauit.

tibus graeci tamen sermonis peritia nulla erat; accedit quod circiter a. 747 libellus noster (cf. p. VII) iam extitit. Ceterum altera quoque recensio *B''* saeculo IX iam extitit: quae nescio an ipsa quoque ab eodem illo qui *A* ex graeco uertit, ante *A* nec tam perfecte conscripta sit. Sic Symphosius ipse duas aenigmatum suorum recensiones edidit (cf. l. c.). Sed illud uix conici poterit, a duobus hominibus, neutro alterius rationem habente, *A* et *B''* scriptas esse: quod si ita esset, miraremur profecto quod multis tamen in locis hae recensiones prorsus ad uerbum congruunt. Veri paulo similius est, per uiuidum narrandi sermonem aliamue ob causam tempore satis antiquo ex *A*, fabulae forma primaria, alteram illam uerbis saepe, rebus rarissime diuersam detortam esse. Sic Iulii Valerii, sic aliorum scriptorum duae recensiones factae sunt. Quam mox, exaequandi utramque studio excitante, tertia interpolatorum codicum classis secuta est. Neu quis opponat, *A* et *B''* non in minutis tantum rebus interse distare, iam dixi quam libere qui Graecam fabulam uertit in ea uersatus sit. Itaque quae christiana, quae popularia, quae rudiuscula [1]), quae uergenti Latinitati propria insunt, a Latino homine, — quae ad antiquos mores religionesque uere spectantia, quae elegantis et contorti etiam sermonis signa quaeque *ἑλληνίζοντα* insunt, ea a Graeco scriptore prouenerunt. Sic ni fallor optime et omnibus rationibus aptissime res tot dubia adeoque contraria in se habere uisa enucleata est. In fine prae-

---

1) In his uersus quoque ponendi sunt quos hic illic (cap. 11. 16. 18. 41) auctor operi suo exornandi causa ut Capella, Iulius Valerius, Boetius (de prioribus ut taceam) eroticique Graecorum scriptores inseruit, quique mendis prosodiacis scatent. Hos ad Graecum exemplar auctor finxisse uidetur, ut Iulius Valerius qui septem narrationi interposita carmina praeter I 42 et III 30 omnia ad personati Callisthenis imitationem fecit. Versuum Apollonianorum illi qui capiti 16 insunt, nulla distinctione a prosa oratione seiuncti sunt: id quod non tacendum puto.

fandi monendum puto, ne ab eis qui antiquarum litterarum historiam abhinc describent, libellus de Apollonio rege Tyri altissimo, ut adhuc factum est, silentio praetereatur.

Dabam Francofurti ad Moenum
m. Martio a. 1871.

Sigla codicum:

A = Laurentianus 66, 40
B = fragmentum Tegernseeense
b = Vossianus q. 113
β = Oxoniensis collegii Magdalenaei 50
B' = $b\beta$ consentientes
B'' = $Bb\beta$ consentientes
γ = Sloanianus (mus. Britann.) 1619
δ = Bodleianus 247
ε = uersio Anglosaxonica.

HISTORIA APOLLONII REGIS TYRI.

I. In ciuitate Antiochia rex fuit quidam nomine Antiochus, a quo ipsa ciuitas nomen accepit Antiochia. Hic habuit *ex amissa coniuge* unam filiam, uirginem speciosissimam, in qua nihil rerum natura exerrauerat, nisi quod mortalem statuerat. Quae dum ad nubilem peruenisset aetatem et species et formonsitas cresceret, multi eam in matrimonium petebant et cum magna dotis pollicitatione currebant. Et cum pater deliberaret, cui potentissimo filiam suam in matrimonium daret, cogente iniqua cupiditate flamma concupiscentiae incidit in amorem filiae suae et coepit eam aliter diligere quam pa-

Incipit Historia Apollonii regis Tyrie *A fol.* 62. Incipit (perpulcra et mirabilis *add.* β) historia Apollonii regis (regis *om.* β) Tyri (e uxoris et filiae *add.* β) *B'*. — *Nominum propriorum scripturas hasce semel adnotasse sufficit:* Anthiocus *et* Anthiocia *uel* Anthiochus *et* Anthiochia *A*; *recte B'*; Appollonius β, *recte rell.*; Tharsus (*urbs*) *A*β (Tarsus *b*): Tharsia (*puella*) *codd. omnes*; Stranguillio *uel* Stranguillius *A* Stranguilio *B''*; Diunisias *A* Dionisias *B''*; Hellenicus *A* Helanicus *b* Elanicus β; Taliarchus *A*, *sic uel* Thaliarcus β Talarcus *b*. *Notaui tantum, quae aliter inueni.*

1 In ciu. Ant. *om. B'* fuit quid. rex Ant. nom. *B'* 3 his *A* ex am. coni. *om. A* unam *om. B'* u. sp.] incredibili pulchritudine γ 4 nichil β rerum *om. b*, *post* natura *in* β ex *om. B'* 5 mortale *A* quae cum *B'* ubilem *A* 6 uenisset *B'* et specie pulchritudinis cresceret *B'* 7 in matrimonio postulabant *B'* 8 pollicicitatione *b*. quaerebant *puto* Et *A* Sed *B'* 9 potissimum *B'*, *recte?* in matrimonio *B'* cogitante β 10 cupidinis *B'* flamme β concupiscentiae *om. B'* in f. s. am. *ponunt B'* 11 cępit *A* aliter] plus *B'*

trem oportebat. Qui cum luctatur cum furore, pugnat cum pudore, uincitur amore: excidit illi pietas, oblitus est se esse patrem et induit coniugem. Et cum sui pectoris uulnus ferre non posset, quadam die prima luce uigilans inrumpit cubiculum filiae suae, famulos longe excedere iussit quasi cum filia *sua* secretum conloquium habiturus, et stimulante furore libidinis diu repugnanti filiae suae nodum uirginitatis eripuit, perfectoque scelere euasit cubiculum. Puella uero stans dum miratur scelesti patris impietatem, fluentem sanguinem cupit celare: sed guttae sanguinis in pauimentum ceciderunt.

II. Subito nutrix eius introiuit cubiculum. Ut vidit puellam flebili uultu, asperso pauimento sanguine, roseo rubore perfusam ait 'quid sibi uult iste turbatus animus?' Puella ait 'cara nutrix, modo hoc in cubiculo duo nobilia perierunt nomina.' Nutrix ignorans ait 'domina, quare hoc dicis?' Puella ait 'ante legitimam mearum nuptiarum diem saeuo scelere uiolatam uides.' Nutrix ut haec audiuit atque uidit, exhorruit atque ait

1 luctaretur *β* pugna *A* 2 pudore *Gesta Rom.* dolore *AB′* ab amore *B′* excedit *b* piaetas, *corr.*, *b* et oblitus, *om.* est, *B′* 3 et *om.* *B′* Sed cũ *AB′* sui *A* seui *b* sęui *β* 4 efferre *b* 5 uigilat *B′* inrupit *B′* suę ·ſ· *A* suae *om.* *B′* 6 longius secedere *B′* iubet *β* qua///sicũ *A* sua *om.* *AB′* conloquiã *A* *ut uidetur* colloquium *β* 7 et *om.* *B′* furoris libidine *b* repugnante *AB′* 8 filia, *om.* sua, *B′* erupit *b* disrupit *β* perpetratoque *B′* 9 cubiculum. Scelesti (Sic scelestẽ *b*) patris impietatem puella mirans cupit celare, sed in pauimento (pauimentum *b*) certa uidentur. Cumque puella quid faceret cogitaret, nutrix subito introiit. Quam ut uidit *B′* 10 scelestis *A* 11 cępit *A* pauimento *A* 13 Quam ut uidit, *om.* puellam, *B′* 14 asperso-que *B′* sang. pau. *ponunt* *B′* roseo rubore perfusa *A*, *om.* *B′*] corruit et *B′* 15 iste *om.* *B′* t. animus tuus *B′* 16 hic *B′* 17 nubilia *A* duo nobilium nomina perierunt *B′* ignorans *om.* *B′* 18 dña *A* legitimum nupt. m. *B′* 19 seuo *AB′* uiolata sum *B′* uides *A*, *om.* *B′* 20 Nutrix ait *b* Ait nutrix *β* ut—exhorruit atque *om.* *B′* uidisset · exorruit *A*

'quis tanta fretus audacia uirginis reginae maculauit torum?' Puella ait 'impietas fecit scelus.' Nutrix ait 'cur ergo non indicas patri?' Puella ait 'et ubi est pater?' et ait 'cara nutrix, si intellegis quod factum est: periit in me nomen patris. Itaque ne hoc scelus genitoris mei patefaciam et haec macula gentibus innotescat, mortis remedium mihi placet.' Nutrix ut audiuit puellam mortis remedium quaerere, uix eam blando sermonis conloquio reuocat, ut a praepositae mortis immanitate excederet, et inuitam patris sui uoluntati satisfacere cohortatur.

III. Qui cum simulata mente ostendebat se ciuibus suis pium genitorem, intra domesticos uero parietes maritum se filiae gloriabatur. Et ut semper impio toro frueretur, ad expellendos nuptiarum petitores *nouum nequitiae genus excogitauit.* Quaestiones proponebat dicens 'quicumque uestrum quaestionis meae propositae solutionem inuenerit, accipiet filiam meam in matrimonium, qui autem non inuenerit, decollabitur.'

1 fretus *om. B'* regine *A* maculauit *om. B'* thorum *AB'* ausus est uiolare nec timuit regem? *B'* 3 Quare hoc non *B'* indicasti *β* 4 et ait—nutrix *om. B'* kara *A* intelligis *B'* sic intelleges *puto* quod—est *om. B'* 5 nomen patris periit (periit patris *β*) in me *B'* Itaque ne hoc scelus genitoris mei patefaciã mortis remediũ mihi placet. Horreat hęc macula gentib; innotescat *A* Itaque ne hoc gentibus pateat mei genitoris scelus et patris macula ciuibus inn(ign *β*)otescat, mortis remedium mihi (mihi remedium *b*) placet *B'* 7 utut uidit *A* puellam] eam *B'* 8 uix eam *om. B'* sermone *A* 9 conloqo *A* colloquio *β* reuocauit *B'* a] ad *A* ut a—excederet et *om. B'* immanitate excedere et inuita *A* 10 patrisque *B'* suae uoluptati *b* 11 t ortatur *b* hoc hortatur *β* 12 Inter haec rex imp(inp *β*)iissimus simulata mente *B'* 13 parietes *A* et priuatos *add. B'* 14 maritu *A* gloriabatur *A* laetabatur *B'* impiis thoris *B'* filia *add. B'* thoro frueretur *A* 15 nuptiarum *om. B'* petitionis *β* nouum *b* nodos *β* nouum—excogitauit *om. A* 16 questiones *sic ubique A* dicens *A* dicendo *B'* 17 Si quis *B'* ufm *AB'* questiones *A* propositae *om. B'* 18 accipiat *b* in matrimonio *B'* 19 autem *A* uero *B'*

Itaque plurimi undique reges, undique patriae principes propter incredibilem puellae speciem contempta morte properabant. Et si quis forte prudentia litterarum quaestionis solutionem inuenisset, quasi nihil dixisset, decollabatur et caput eius super portae fastigium suspendebatur, *ut aduenientes, imaginem mortis uidentes, conturbarentur, ne ad talem conditionem accederent.*

IV. Et cum has crudelitates rex Antiochus exerceret, *interposito breui temporis spatio* quidam adulescens locuples ualde genere Tyrius *patriae suae princeps* nomine Apollonius *fidus habundantia litterarum* nauigans attingit Antiochiam ingressusque ad regem ita eum salutauit 'haue, domine rex Antioche!' et *ait* 'quod pater pius *es*, ad uota tua festinus ueni; gener regio genere ortus, peto filiam tuam in matrimonium.' Rex ut audiuit quod audire nolebat, irato uultu respiciens iuuenem sic ait ad eum 'iuuenis, nosti nuptiarum

1 Et qa — 3 properabant *post* suspendebatur *in A posita sunt* Itaque *ego* Et qa *A* Quia *b* q; *β* (Et *om. B'*) plurimi undique *β* reges ac principes patriae *B'* 2 speciem puellae *B'* cont. morte *om. b* 3 forte *om. B'* prudentię *A* 4 quaes solutionem *b* ~~dis~~ dixisset *A* 5 capud *B'* super *A* in *B'* fastigio *β* 6 ponebatur *B'* ut aduenientes—accederent *om. A* adinuenientes *b* 7 conditionis *b* 9 Et *om. B'* crudelitate *A* exerc. rex Ant. *B'* 10 interposito—spatio *om. A* aduliscens *A* adoliscens *b* adholescens *β* 11 Tyrius patriae suae princeps locuples (locuplex *b*) inmensus (immenso *β*) Ap. nomine *B'* patriae—princeps *om. A* 12 fidus—litterarum *om. A* 13 attingit *A* (*m. pr.*) adtingit *b* attigit *β* que *om. b* ita eum salutauit *A*] ait *B'* 14 Habĕ dñe rex anthĭoche *A*] Have (ave *β*) rex *B'* et—gener *om. B'* (ait *et* es *addidt*), *quorum loco habent* Et ut uidit rex, quod uidere nolebat, ad iuuenem ait: salui sunt nupti (cuncti *β*) parentes tui? Iuuenis ait 'ultimum signauerunt diem.' Rex ait 'ultimum nomen reliquerunt.' Iuuenis ait 'regio *sqq. B'* 15 gener *delendum?* Regio sum genere ego ortus *β* 16 hortus *A* in m. (matrimonio *b*) f. t. peto *B'* 17 irato uultu *om. B'* 18 sic *et* ad eum *om. B'* iuuenis *om. B'*

condicionem?' At ille ait 'noui et ad portae fastigium uidi.' Indignatus rex ait 'audi ergo quaestionem: scelere uehor, maternam carnem uescor, quaero fratrem meum meae matris filium uxoris meae uirum nec in-
5 uenio.' Iuuenis accepta quaestione paululum discessit a rege; quam cum sapienter scrutaretur, fauente deo inuenit quaestionis solutionem ingressusque ad regem sic ait: 'domine rex, proposuisti mihi quaestionem; audi ergo solutionem. Quod dixisti: scelere uehor, non es
10 mentitus: te respice. Et quod dixisti: maternam carnem uescor, nec et hoc mentitus es: filiam tuam intuere.'

V. Rex ut uidit iuuenem quaestionis solutionem inuenisse, *timens ne scelus suum patefieret, irato uultu eum respiciens* sic ait ad eum: '*Longe es,* iuuenis, *a*
15 *quaestionis solutione,* erras, nihil uerum dicis. Decollari quidem mereris, sed habebis triginta dierum spatium: recogita tecum. Et dum reuersus fueris et quaestionis meae propositae solutionem inueneris, accipies filiam meam in matrimonium: *sin alias, legem agnosces.*'

triam meam nominasti.' Gubernator ait 'ergo Tyrius es?' Apollonius ait 'ut dicis.' Gubernator ait 'noueras aliquem patriae *illius* principem Apollonium nomine?' Apollonius ait 'ac si me ipsum.' Gubernator ait 'sicubi illum uideris, dic illi laetetur et gaudeat. Rex enim Antiochus fulmine percussus arsit cum filia sua; opes autem et regnum Antiochiae Apollonio reseruantur.' Apollonius ut audiuit, gaudio plenus respiciens coniugem suam ait 'domina, quod aliquando naufrago credidisti, modo comproba. Peto itaque, cara coniunx, ut permittas mihi proficisci ad regnum accipiendum.' Puella ut audiuit, profusis lacrimis ait 'care coniunx, si in aliquo longo itinere esses, ad partum meum festinare deberes; nunc autem cum sis praesens, disponis me relinquere? sed si hoc iubes, pariter nauigemus!' Et ueniens ad patrem ait 'care genitor, laetare et gaude; rex enim saeuissimus Antiochus periit cum concumbente nata sua. Deus percussit eum fulmine, opes autem regiae et diadema coniugi meo reseruantur. Permitte mihi nauigare cum uiro meo. Et *ut* libentius mihi permittas: unam dimittis, recipies duas.'

XXV. Rex hilaratus iussit nauem produci in litore

2 ait] respondit γ, *ut saepius* dixit 'noueris γ 3 illius γ, *om. B'* 4 si me *b*, β *m. sec.* sine β *m. pr.* ipsum noui γ si alicubi γ 5 gaudet *b* quia rex Ant. γ 6 dei fulmine perculsus γ percussus est et arsit β op' (*i. e.* opus) βγ 7 autem regiae et r. γ reseruator *b* 8 haec audiens γ conuersus ad c. s. γ 9 suam et ait β q̊ β naufragum *B'* n. mihi γ 10 comꝓba//// β conprobas *b* conproba γ *num* comprobat? coniux *b* 11 percipiendum βγ 12 audiuit β uidit *b* lacrymis *b* carae *b* coniux *b* 13 longinquo γ 14 debueras γ autem *om.* γ cum ipse sis β 15 si h̄ β 16 patrem suum γ et gaudere *b* 17 seuissimus *B'* cum c.] concumbens cum β periit—fulm.] cum filia sua fulmine perculsus periit γ 18 eum *om. b* op' β 19 reg.] regni eius γ seruantur β Peto itaque, permitte γ 20 ut γ, *om. B'* 21 m. p.] hoc facias γ dimittit, *corr. m. sec.*, *b* recipias *b*, β *m. pr.* recipies β *m. ead.* γ 22 hylaratus β nau.—lit.] naues parare γ littore *B'*

et omnibus bonis impleri, praeterea nutricem suam Lycoridem et obstetricem peritissimam propter partum eius simul nauigare praecepit. Et data profectoria deduxit eos ad litus, osculatur filiam et generum et uentum prosperum optat. Et ascendentes nauem cum multa familia multoque apparatu alto uento nauigant. Qui dum per aliquot dies uariis uentorum flatibus detinentur, septimo mense cogente Luc*ina* enixa est puellam, sed secundis sursum redeuntibus coagulato sanguine conclusoque spiritu defunctae repraesentauit effigiem. Subito exclamat familia, currit Apollonius et uidit coniugem suam exanimem iacentem. Abscindit a pectore uestes unguibus, primas adolescentiae genas discerpit et lacrimas fundens iactauit se super pectus et ait 'cara coniunx Archistratis et unica filia regis, quid respondebo regi patri tuo, qui me naufragum suscepit?' Et cum haec et his similia deflens diceret, introiuit ad eum gubernator et ait 'domine, tu quidem pie facis, sed nauis mortuum non feret. Iube ergo corpus in pelago mitti.' Apollonius indignatus ait 'quid narras, pessime hominum? Placet tibi, ut hoc corpus in pelago mittam, quod me suscepit naufragum et egenum?' Inter

1 implere *B'* eius *γ* nomine *add.* *γ* 2 ligoridem *βγ* 3 Et—prof.] datisque quae in itinere necessaria erant *γ* 4 littus *βγ* Rex itaque osc. *γ* 5 obtat *β* ascendens *β* in n. *γ* 6 filinilia (falinilia *m. sec.*) *b* f. et app. *γ* nauigat *β* flante uento nauigauerunt *γ* 7 aliquod *b* detinetur *β* -erentur *γ* 8 VII·*β* s. m. *om.* *γ* cogente luce (crepusculo *ex glossemate ortum add.* *β*) *B'* Lucina *γ* est puella puellam *B'* 9 scdis *β* oculis *m. rec. ib.* coagulato *β* coaculento *b* 10 sanguinę *post* conclusoque *repetit* *b* spũ *b* def.—eff.] defuncta est *γ* 11 exclamauit *βγ* ululatu magno cucurrit *recc.* uidit *B'γ* uidens *δ* 12 ascendit *b* scindit *β* scidit *γ* 13 primae *γδ* adhol. *β* 14 super corpus *γδ*, *fort. recte* 15 coniux *b* archistrates *b* archestrates *γ* *ut ubique* 16 Et—ait] Gubernator autem ueniens ad eum ait *γ* 17 et is *b* 18 piae *b* 19 fert *β* (ferre potest *m. sec.*) suffert *γ* 19. 21 *fort.* in pelagos? 21 Placet] *incipit B fol. alterum.* tibi *om.* *γ* 22 quod *B* qui *b* q̃ *β* et eg. *om.* *γ*

haec uocat fabros nauales, iubet coaptari tabulas et fieri loculum amplissimum et chartis plumbeis circumdari foramina et rimas omnes diligenter picari. Quo perfecto regalibus ornamentis decoratam puellam in
5 loculo conposuit, cum fletu magno dedit osculum, et uiginti sestertios ad caput ipsius posuit et scripturam sic continentem 'Quicumque corpus istud inuenerit et humo tradiderit, medios sibi teneat, medios pro funere expendat' et misit in mare. Deinde iubet infantem
10 diligenter nutriri, ut uel in malis haberet iocundum solacium uel ut pro filia neptem ostenderet regi.

XXVI. Tertia die eiciunt undae loculum in litore Ephesiorum non longe a praedio medici cuiusdam nomine Chaeremonis, qui die illa cum discipulis suis deam-
15 bulans secus litus uidit loculum a fluctibus expulsum iacentem in litore et ait famulis suis 'tollite cum omni diligentia loculum istum et ad uillam perferte.' Et ita

1 uocauit $\beta\gamma$ naualis *B m. pr., corr. m. ead.* iubet *B'* et iussit *B*γ coaptari *B*] coagm̃tari β, coaugmentare *b*, secari et compaginari γ 2 locum *B* c///rtis *B* chartis *b* cartis $\beta\gamma$ circumduci *b*γ et *add.* γ 3 remas *b* omn. *om.* γ diligenter picari (plicari β) *B'*γ] bituminari *B* praecepit *add.* γ 4 reg. orn. *om. B* in loculum misit *B* in loculũ cũposuit β; *dedi ex b.* 5 cum—osculum *om. B* in fletu β cum fl.—posuit *om.* γ & XX *B*β sestertia *b* se st///tia β sextertios *B* 6 super capud *B'* imposuit β et scripturam—misit in mari (*sic*) *B*] et codicellos scriptos γ; *totum om. B'*: *cf. tamen p.* 30, 7. 9 infanticulum γ 10 diligere (*om.* nutriri) *B* nutrici β habeat *B* 11 solatium *B*γ solacium *b*β neptam *B*β neptem *b* uel—filia *B*] et (*om.* β) ut filiam uel *B'* et pro filia uel γ regi *B*] regi; et (sic *add.* γ) iussit in mare (mari *B'*) mitti loculum cum magno luctu, et conclamatum est a (a *om. b*) familia (et conc.—fam. *om.* γ) *B'*γ 12 inde *B*β unde *b*γ 13 praedio $\beta\gamma$ praedia *B* presidio *b* medici *om.* β nomine *B*, *om. B'* 14 ceremonis *B''* *rell.* (Cheremonis β *infra*) suis *om. B* deambulabat *B* 15 secus litus maris *B* in litore, *om.* maris, *B'* uidit—litore *om.* β a fluctibus *B* ex fluctibus *b* 16 littore *b* et *om. B* omni *om. B* cum indulgentia β 17 istum *om. B* proferte *B'* portate γ

fecerunt. Tunc medicus leuiter aperuit et uidens puellam regalibus ornamentis decoratam speciosam nimis falsaque morte occupatam, obstipuit et ait 'quas putamus lacrimas hanc puellam parentibus reliquisse?' Et uidens sub capite eius pecuniam positam et codicellos scriptos ait 'uideamus quid desideret dolor.' Quos cum resignasset, inuenit scriptum 'quicumque hunc loculum inueneris habentem uiginti sestertios, peto ut dimidiam partem habeas, dimidiam uero funeri eroges. Hoc enim corpus multas reliquit lacrimas. Quodsi aliud feceris quam quod dolor desiderat, ultimum tuorum decidas nec qui corpus tuum sepulturae commendet inuenias.' Perlectis codicellis ad famulos ait 'praestemus corpori, quod dolor desiderat. Iuro autem per spem uitae meae, amplius in hoc funere me erogaturum' et iubet instrui rogum. Et dum sollicite rogus instruitur, superuenit discipulus medici, adspectu adolescens sed ingenio senex. Cum uidisset corpus speciosum super rogum positum, ait 'magister, unde hoc nouum funus?' Chaeremon ait 'bene uenisti; hac enim hora te expectaui. Tolle am-

1 factum est *B* fecerunt *B'γδ* Tunc *om. B'* leniter *Velserus* m. loculum diligenter aperiens uidit p. et r. o. d. et in falsa morte iacentem, et admirans ait *γ* 2 spec.— occupatam *B*] et falsa morte speciosam *B'* 3 obstupuit *β* et *om. B* quas—reliquisse] Ut uideo haec puella parentibus multas reliquit lacrimas *B* 4 haec puella *b* par. r. *om. γ* 5 eius] suo *γ* codicellum scritum *B* 6 desiderat *bγ* quod *γ* 7 designasset *B''γδ, corr. Velserus* 8 inueneris *βγ* -erit *Bb* habentem *B* habet *b* habebis *β* habes in eo *γ* XX *Bb* sextertios *B* uiginti *om. β* sestcia *β* sestertia *bγ* auri *add. γ* d. p] decem *γ* 9 habeas *B'* habeat *B* habes *γ* et decem *γ* uero pro funere *B* eroges *B'* eroget *B* 10 reliquid *b* aliter *γ* 11 q////am *b* quod *om. Bγ* ultimus *γ* ultimum *B''* tuum *b* tuarum *β* decidas *B'γ* incidas *B* et nec *B* nec sit qui, *omisso* inuenias, *B'γ* 12 Perlectis co: *desinit B fragm. alterum* 14 des.] imperat *γ* 15 et] itaque *γ* institui *β* 17 aspectu *om. β* adoliscens *b* adholescens *β* sed *β* et *b* 18 Hic cum *γ* rogo superpos. *γ* 19 nouum funus *b* unus corpus *β* Ceremon *b* Cheremon *β* 20 haec *B'γ, correxi.* lora *b* expectauit *B', correxi.* expectabat *γ*

pullam unguenti et quod supremum est defunctae beneficium, superfunde sepulturae.' Peruenit iuuenis ad corpus puellae, detrahit a pectore uestem, fundit unguenti liquorem, per artifices officiosae manus tractus praecordia sensit, temptat tepidum corpus et obstipuit, palpat indicia uenarum, aures, nares; labia labiis probat, sensit spiramentum gracile, luctantem uitam cum morte, et ait famulis suis 'subponite faculas per quattuor angulos lecti.' Quibus subpositis, puella teporis nebula tacta, coagulatus sanguis liquefactus est.

XXVII. Quod ut uidit iuuenis, ait 'Chaeremon magister, peccasti. Nam quam putabas esse defunctam, uiuit. Et ut facilius mihi credas, ego illi adhibitis uiribus statim spiritum patefaciam.' Et his dictis pertulit puellam in cubiculum suum et posuit in lecto. Calefecit oleum, madefecit lanam, fudit super pectus puellae. Sanguis, qui ad perfectionem coagulatus erat, accepto tepore liquefactus est et coepit spiritus praeclusus per medullas descendere. Venis itaque patefactis aperuit oculos et recipiens spiritum, quem iam perdiderat, leni et balbutienti sermone ait 'rogo, ne me aliter contingatis, quam contingi oportet regis filiam et regis uxorem.' Iuuenis ut uidit, quod per artem fecerat

1 ungenti *b* 2 superfundae *b* Superuenit β Venit γ 3 detrait *b* uestes β ungenti licor *b* 4 officiosa *B'*, *correxi; om.* γ manu *b* manu β manum γ tractus *b* γ tact' β 5 praecordiam *b* corpus *B'* pectus $\gamma\delta$ obstupuit β 6 narium *b* 7 gracilem *B'* uita *b* 8 ·IIII· β 9 lecti *ego* lentas *B'* lente γ temporis *sed corr.* β nebulae acta *b* nebula (a *in ras.*) tacta $\beta\gamma$ 10 coaculatus *b* 11 ceremon *b* γ cheremon β 12 putas β 13 mihi *om.* β adibitis *b* uiris *m. sec. ex* uiribus β 14 spũ *b* Et his—lecto *om.* γ (*habet* δ) protulit β 15 in cubiculo suo *B'* posita β in lectum *b* 16 made] cale γ puellae et posuit lanam. $\gamma\delta$ 17 ad perf.] intus $\gamma\delta$ coaculatus *b* fuerat γ 18 tepore, *olim* tẽpore, β cępit β 20 iam *om.* γ tradiderat β 21 rogo, quisquis es, ne —contingas γ 23 quod per artem fecerat γ quae in arte uiderat *B'* quia arte uicerat *conicio*

quae magistrum fallebat, gaudio plenus uadit ad magistrum et dicit 'magister, accipe discipuli tui apodeixin.' Et introiuit cubiculum iuuenis et uidit puellam uiuam, quam putauerat mortuam. Et respiciens discipulum ait 'amo curam, probo prouidentiam, laudo diligentiam. Et audi, discipule: ne te artis beneficium aestimes perdidisse, accipe pecuniam. Haec enim puella mercedem contulit secum.' Et iussit puellam salubrioribus cibis et fomentis recreari. Et post paucos dies, ut cognouit eam regio genere ortam, adhibitis amicis adoptauit eam sibi filiam. Et rogante cum lacrimis, ne ab aliquo contingeretur, inter sacerdotes Dianae feminas †fulsit, ubi omni genere castitatis inuiolabiliter seruabatur.

XXVIII. Interea Apollonius dum nauigat cum ingenti luctu, gubernante deo applicuit Tarso, descendit ratem, petit domum Stranguillionis et Dionysiadis; quos cum salutasset, casus suos omnes exposuit. At illi dolentes quantum in amissam coniugem deflent iuueni, tantum in reseruatam sibi filiam gratulantur. Apollonius intuens Stranguillionem et Dionysiadem ait 'sanctissimi hospites, quoniam post amissam coniugem caram mihi seruatum regnum accipere nolo neque ad socerum reuerti, cuius in mari perdidi filiam, sed potius opera

1 quae magistro falleret *b* fallebant *β* uendit *β* Veni, m., accipere *γ* 2 apodixin *b* apodixen *βγ* 3 int. magister c. cum iuuene et u. *γ* 5 amo artem, amo prudentiam, l. d. *γ* 6 discipulae *b* ne] nolo *γ* 7 p. istam *γ* pu. *om.* *γ* multam pecuniam *γ* 8 secum protulit *β* attulit *γ* Et haec dicens puellam salubribus c. et f. r. fecit *γ* 9 recreare *b* 11 Et rogantē eā *β* Et rogauit eum *γ* contaminaretnr, exaudiuit eam et *γδ* 12 femina *b* esse iussit *puto* eam posuit *δ* collocauit *γ* ubi omnino castitas *γ* 14 Interea] *Initialis solito maior in bβ.* nauigauit *β* 15 tharso *B'* tarsum *γ* 16 petiit *βγ* relictaque naue *γ* donisiadis *b* 17 exp. illis dolenter quantumque *γ* 18 in amissa coniuge *βγ* flebat *γ* iuuenis *b*, *om.* *βγ* 19 in reseruata sibi filia *βγ* 21 ospites *b* q̄m *B'γ* caram *om.* *γ* 22 seruatam *b* socrum *b* 23 in mare *b* cuius f. in m. perdidi *β* sed—merc. *om.* *γ* opera *β*, *om.* *b*

†mercaturus, commendo uobis filiam meam, ut cum filia uestra Philotimiade mihi nutriatur. Quam ut bono et simplici animo suscipiatis, patriae uestrae nomine cognominetis Tharsiam. Praeter eam nutricem uxoris meae
5 Lycoridem, quae cura sua custodiat puellam, uobis relinquo.' Haec ut dixit, tradidit infantem, dedit aurum multum et argentum et uestes pretiosissimas et iurauit se barbam et capillos et ungues non dempturum, nisi filiam suam nuptam tradidisset. Et illi stupentes, quod
10 tam graui iuramento se obligasset, cum magna fide *se* puellam educaturos promiserunt. Tunc Apollonius commendata filia nauem ascendit ignotus et longas petiit Aegypti regiones.

XXIX. Interea puella Tharsia facta est quinquen-
15 nis, mittitur in scolam, deinde †studiis liberalibus. Cum ad ·XIIII· uenisset aetatem, reuersa de auditorio inuenit nutricem suam Lycoridem subitaneam aegritudinem incurrisse, et sedens iuxta eam super torum, casus infirmitatis exquirit. Cui nutrix ait 'audi, domina, mo-
20 rientis ancillae tuae uerba suprema et pectori commenda'

1 committo *γ* 2 filiotimiadi *b* filioci////adi *β* filothemiade *γ* m̃ *b*, *om.* *βγ* 2 nutriat *β* ut *om.* *β* 3 peto ut patriae *γ* et patriae *β* nomine eam c. *β* 4 Tharsia *b* Preteram *b* pretea *β* 5 licoridem *b* ligoridem *β* qui *b* custodiet *b* 6 infantem *b* filiam *β* 7 argentum] multum *add.* *βγ* uestem *γ* ĩ ciosissimas *b* et *om.* *b* 8 capillum *β* iur. se neque b. neque c., *om.* et ungues, *γ* direpturum *b* tonsurum *γ* n̄ *β* 9 prius *add.* *γ* traderet nupto *γ*. nuptum *puto* quod tali iur. *γ* 10 magnã *B'* se *γ*, *om.* *B'* 11 edocaturos *b* promittunt *γ* Ap. uero *γ* commendatã filiã *bγ* 12 n. a. altumque pelagus petit *γ* ignotus, *puto;* ignotas *B'γ* et longinquas *add.* *γ* petit *β* petens *γ* 14 quinque annis *b* quinquennio facto traditur *γ* 15 scola *bγ* d. traditur *puto* cumque ad ·XIIII· puenisset (*superscripta m. sec.*) *β* 16 adiutorio *β*, *corr. m. sec.* 17 lic(g *β*)oridem *B'γ* aegr.] ualetudinem *γ* 18 s. tor. *om.* *γ* thorum *B'* causas *puto* 19 inquisiuit *γδ* moriente *b* 20 subprema *b* uerba ancillae tuae supprema *β* manda *γ*

et dixit 'domina Tharsia, quem tibi patrem, quam matrem uel quam patriam putas?' Puella ait 'patriam Tarsum, Stranguillionem patrem, Dionysiadem matrem.' Nutrix ingemuit et ait audi, domina, natalium tuorum originem, ut scias, quid post mortem meam agere debeas. Est tibi †senelo patria, *Apollonius pater*, mater Archistratis, regis Archistratis filia, quae cum te enixa est, statim secundis sursum redeuntibus praeclusoque spiritu ultimum uitae finiuit diem. Quam pater tuus Apollonius effecto loculo *cum* ornamentis regalibus et uiginti sestertiis in mare misit, ut ubicumque fuisset elata, haberet in supremis exequias funeris sui. Quo itaque sit elata, ipsa sibi testis erit. Nam rex Apollonius pater tuus, amissam coniugem lugens, te in cunabulis posita, tui tantum solacio recreatus, adplicuit Tarso, commendauit te mecum cum magna pecunia et ueste copiosa Stranguillioni et Dionysiadi hospitibus suis, uotumque fecit †barbam, capillum neque ungues demptum, nisi te prius nuptum tradidisset, et cum suis ascendit ratem et ad nubiles tuos annos ad uota persoluenda non remeabit. Sed †nec pater tuus, qui tanto tem-

1 quam tibi matrem uel patrem β aut matrem uel patriam γ 2 putas habuisti β patria tharso *b* 4 domina audi β 5 originē *bis, sed alterum deletum*, β post obitum meum γ 6 senelo *b* cirene solo β. Cyrenae *nomen inest.* patria pentapal' γ Apollonius pater *deesse puto* mater archistrates (*sic b* archestratis γ archistratetis β) regis archistrates (*sic b*, arch. *om.* βγ) filia *B'* γ 7 a te β dum . . fuisset γ 8 *a m. pr.* reclusoq; *b* 9 uitae *om.* γ Quam *om. b* 10 Ap. Tyrius γ effectum loculum *b* cum γ, *om. B'* XX *B'*γ 11 sestertia////s *b* auri *add.* γ fuerit *b* delata γ 12 suppremis β 13 delata βγ s. d.] deuenerit γ Ap. Tyrius γ 14 amissam — te *om.* β 15 positam *B'* tantumque γ solatio *B'*γ tharso *B'* tharsum et γ 16 uestē copiosā *B'* 17 dionisiade *b* 18 faciens *b* nec barbam nec capillum *puto* nunquam b. neque capillos tonsurum, nisi γ 19 nupto γ nuptam β tradidisset γ et cum — remeabit *om. b* consc. ratem abiit futurum ut ad n. t. ann. remearet γ 21 remeauit β nec *b* nec ipse β nescio γ nunc *puto*

pore moras in redeundo facit nec scripsit nec salutis suae nuntium misit, forsitan periit. Et ne casu hospites tui, quos tu parentes appellas, aliquam tibi iniuriam faciant, perueni ad forum: ibi inuenies statuam patris
5 tui in biga. Ascende, statuam ipsius comprehende et casus tuos omnes expone. Ciues uero memores patris tui beneficiorum iniuriam tuam uindicabunt.'

XXX. Puella ait 'cara nutrix, si prius senectae tuae naturaliter accidisset quam haec mihi referres, ego
10 originem natalium meorum nescissem!' Et dum haec dicit, nutrix in gremio puellae deposuit spiritum. Exclamauit uirgo, cucurrit familia. Corpus nutricis sepelitur et iubente Tharsia in litore illi monumentum fabricatum est. Et post paucos dies puella rediit in
15 studiis suis, et reuersa de auditorio non prius cibum sumebat, nisi nutricis suae monumentum introiret et casus suos omnes exponeret et fleret.

XXXI. Dum haec aguntur, quodam die feriato Dionysias cum filia sua et cum Tharsia per publicum
20 transibat. Videntes Tharsiae speciem et ornamentum ciues et omnes honorati dicebant 'felix pater, cuius filia es; ista autem quae haeret lateri tuo, turpis est et dedecus est.' Dionysias ut audiuit filiam suam uituperari,

1 moras—facit *om.* *b*γ nec β neces *b* 2 periit *b* uiuit β perierit γ Et nec *b* Sed nę β] Nunc ergo moneo te, ut post mortem meam ne γ hospitis *b* hospites β 3 tui quos *bis* *b* tu tibi γ 4 faciunt *b* fecerint γ in for. γ ubi inueniens β 5 in bigã *B'*] et stantem γ ips.] patris tui γ conpr. *b*γ 6 expone et dic te filiam eius esse γ 7 beneficia *b* 9 h. m. ad uicem referres γ 11 dicit] inuicem loquuntur γ emisit sp. γ 12 occurrit β concurrit δ Nutrix (*om.* corpus) β suae sepeliuit γ 13 et] tunc γ 14 in studiis suis *B'* redit cum collega sua [!] ad studia liberalia γ 15 et euersa *b* di autorio β suum cibum edebat β 16 nisi] quam γ 17 et defleret γ 19 dionisiade *b* dionisiadis β f. s. filotemia γ 20 transiebat *b* 21 cyues β omnes *om.* β omnes ciues, *om.* honorati, γ laudabant eam uehementer dicentes γ c. f. Thasia est, illa uero γ 22 adest l. eius γ 23 Dionisiadis β Dionisiada *b* aud. Tharsiam laudatam et fil. γ

conuersa in furorem secum cogitans ait 'pater eius ex quo profectus est, habet annos quindecim, et non uenit ad recipiendam filiam. Credo, mortuus est aut in pelago periit. Et nutrix decessit. Aemulum nullum habeo. Tollam eam de medio et ornamentis eius filiam meam exornabo.' Et iussit uenire uilicum de suburbano, cui ait 'Theophile, si cupis libertatem, Tharsiam tolle de medio.' Vilicus ait 'quid enim peccauit innocens uirgo?' Scelerata dixit 'negare non potes; fac quod iubeo. Sin alias, senties me iratam. Interfice eam et mitte corpus eius in mare. Et cum nuntiaueris factum, praemium libertatem accipies.' Vilicus licet spe libertatis seductus tamen cum dolore discessit et pugionem acutissimum praeparauit et abiit post nutricis Tharsiae monumentum. Et puella rediens de studiis solito more tollit ampullam uini et coronam *et* uenit ad monumen-

1 furore *b* secum *B'* singularis *γ* 2 quo hinc pr. *γ* ·XV· *B'* ·XIIII· *γ*; quod numquam salutatorias direxit epistolas *add.* *γ* et non u. *om.* *γ* 3 Arbitror enim, quia mort. e. *γ* 4 discessit *B'* recessit *γ* neminem *βγ* habet *B'*; *recte γ rell.* 5 Aut ferro aut ueneno eam interimam. Quid faciam? Tollam *γ* hanc *βγ*; quam ad emulationem filie mee nutriui, et interficiam, filiamque meam orn. eius ornabo *γ*. 6 Et *om.* *β* uillicum (*sic β ubique*) suburbanum *β* 7 nomine Theophilum *γ* lib. cum praemio consequi *γ* Tarsiam *B'* 9 non *b*] mihi non *βγ* 10 aliter *γ* aliud *β* sentias *b* et *om.* *b* iratam. Vilicus ait 'et qualiter fieri potest?' Scelerata ait 'consuetudinem habet, rediens de scola non prius sumere cibum, quam nutricis sue monumentum introeat ferens ampulam uini et coronam; et cum pugione acutissimo paratus absconse ex occulto ueniens puellę crines apprehende et interfice eam et corpus proice. Dum ueneris et factum nuntiaueris *sqq.* *γ* 11 nunciau. *B'* actum *β* 12 libertatis *β* Vilicus spe libertatis illectus tulit pug. acut. et lateri suo celans intuitus caelum ait 'ergo, deus, ego non merui libertatem nisi per sanguinis effusionem innocentis uirginis?' Et licet promissam libertatem desiderans, suspirans tamen et flens ibat ad monumentum et ibi latebat. At puella *sqq.* *γ* 13 acutissimam *b* 14 nutricis] nutricē *b* 15 de schola *γ* 16 tulit *γ* uenit *B'* et *addo* ueniens *γ*

tum casus suos exponere. Vilicus impetu facto auersae puellae crines apprehendit et traxit ad litus. Et dum uellet interficere eam, puella ait 'Theophile, quid peccaui, ut tua manu moriar?' Vilicus ait 'tu nihil pec-
5 casti, sed pater tuus Apollonius, qui tecum magnam pecuniam et ornamenta dereliquit.' Puella cum lacrimis ait 'peto, domine, quia iam nulla spes est uitae meae, deum mihi testari permittas.' Vilicus ait 'testare. Et deus scit, coactum me hoc facturum scelus.'

10 XXXII. Et cum puella deum deprecaretur, subito piratae apparuerunt et uidentes puellam sub iugo mortis stare exclamauerunt 'crudelissime barbare, parce! tibi dicimus, qui ferrum tenes! Haec enim praeda nostra est, non tua uictima.' Vilicus uoce piratae territus
15 fugit post monumentum. Piratae applicantes ad litus tulerunt uirginem et altum pelagus petierunt. Vilicus post moram exiit et uidens puellam raptam a morte egit deo gratias, quod non fecisset scelus, et reuersus ad sceleratam ait 'quod praecepisti, domina, factum est:
20 comple quod promisisti.' Scelerata ait 'quid narras, latro ultime? Homicidium fecisti et libertatem petis? Repete ad uillam et opus tuum fac, ne iratum deum et dominum tuum sentias.' Vilicus aporiatus ibat et leuans manus suas ad Dominum dixit 'deus, tu scis,

1 ut c. s. exponeret β] nutricis sue manens (*lege* Manes) inuocabat γ Statimque u. γ aduersus puellam crines illi β 2 littus β 3 int. eam] percutere γ ait puella β 5 magna pecunia $b\gamma$ magnā pecuniā $\beta\delta$ 6 ornamentis regalibus γ dereliquid b 7 quia b ut si $\beta\gamma$ 8 me γ 9 et] quia γ me coactum $\beta\gamma$ 12 astare γ clamauerunt $\beta\gamma$ 13 dicimus γ, *om.* b dico β 14 pyrate b Vilicus ut audiuit uoces et uidit eos ad se uenientes, fugit latere p. m. γ 15 Pyrate b littus $\beta\gamma$ 16 et alto pelago $b\beta$ et alta pelagi β *a m. sec.* Vil.—et *om.* γ 17 mortem β 18 fec̃ (*i. e.* fecit) $\beta\gamma$ 19 ad dominam suam γ dixit β 20 sc. dixit β 21 latrone ultime γ hom. perpetrasti γ 22 *fort.* Reuerte? reuertere ad illam uillam γ facito γ ir. dominum tuum aut dominam tuam γ 23 et dominum *om.* β tuum et me β abiit et eleuans oculos cum manibus ad caelum γ 24 suas *om.* β ad dn̄m b ad dm̄ β

quod non feci scelus. Esto iudex.' Et reuersus *est* ad uillam. Postera die prima luce scelerata, ut admissum facinus insidiosa fraude celaret, famulos misit ad conuocandos amicos et patriae principes. Qui conuenientes consederunt. Tunc scelerata lugubres uestes induta, laniatis crinibus, nudo et liuido pectore adfirmans dolorem exiit de cubiculo. Fictas fundens lacrimas ait 'amici fideles, scitote Tharsiam Apollonii filiam hesterna die stomachi dolore subito in uilla suburbana esse defunctam meque eam honestissimo funere extulisse.' Patriae principes adfirmatione sermonis ex habitu lugubri fallacibus lacrimis seducti crediderunt. Postera die placuit uniuersis patriae principibus ob meritum Apollonii filiae eius in litore fieri monumentum ex aere conlato non longe a monumento Lycoridis inscriptum †in titulo 'THARSIAE VIRGINI APOLLONII FILIAE OB BENEFICIA EIUS EX AERE CONLATO DONUM DEDERUNT.'

XXXIII. Interea piratae, qui Tharsiam rapuerunt, in ciuitate Mitylena deponunt et uenalem inter cetera

1 feti *b* non tantum perpetraui scelus *γ* esto *b* istud *β* inter nos *add.* *γ* reuersus, *om.* est, *b* rediit *β* abiit *γ* *Post uerba* ad uillam *in γδ uerbosissima narratio sed quae nihil omnino noui afferat sequitur, qua Dionysias uerbis fere in c.* 31 *adhibitis marito Tharsiae mortem narrat eumque ut lugubribus uestibus induatur admonet, ille uero territus deum innocentiae suae testem adhibet malaque multa mulieri imprecatur, Apollonii beneficiorum memor.* 2 dię *b* pr. luce *om.* *γ* sc. mulier ut *γ* 4 uenientes *γ* 5 Tunc Dionisias lugubribus ind. uestibus *γ* 6 liquido *β* 7 exiit *bγ* exiens *β* et fundens *γ*] fingens *B'* 8 Tarsiam *B'* esterna dię *b*, *om.* *γ* 9 subita egritudine et st. d. *γ* in uillam suburbanam *b* 10 me—ext.] quam digne sepelire facimus.' Tunc *γ* 11 adfirmationem *γβ*, *cui* uidentes *anteponam.* 12 et fall. *γ* 13 dię *b* p. pr. *om.* *γ* meritum et beneficium *γ* 14 dittore *β* 15 conlatum *β* conlata *b* lic(g *β*)oridis *B'* inscr.] scribentibus *β* 16 in: *puto* illo. *addendum puto* D. M. ciues Tarsi *cf. p.* 46, 13. 17 eius] patris *γ* conlatũ *βγ*, *recte b.* don. ded.] factum est istud mo *γ* 19 pyratae *b* rapueř *β num* rapuerant? 20 deuenerunt in c. M. *γ* militena *β m. sec.*, *b* mealenta *β m. pr.*

mancipia proponunt. Et uidens eam leno Ninus nomine cupidissimus et locupletissimus nec uir nec femina contendere coepit ut eam emeret. Et Athenagora princeps ciuitatis eiusdem intellegens nobilem et sapientem pulcherrimam puellam, obtulit decem sestertia. Leno ait 'ego XX dabo.' Athenagora obtulit XXX, leno XL. Athenagora obtulit LX, leno LXXX. Athenagora obtulit LXXXX, leno in praesenti dat C dicens 'si quis amplius dederit, ego decem sestertia superdabo.' Athenagora ait 'ego si cum lenone contendero, ut eam emam, plures uenditurus sum. Sed permittam eam emere, et cum in lupanar constituerit, ego intrabo prior et eripiam uirginitatem eius et erit ac si eam comparauerim.' Addicitur puella lenoni, numeratur pecunia, ducitur in domum. Ducitur in salutatorium, ubi Priapum aureum habebat et gemmis et unionibus *decoratum*, et ait ad Tharsiam 'adora numen praesentissimum.' Puella ait 'domine, numquid ciuis Lampsacenus es?' Leno ait 'quare?' Puella ait 'quia ciues Lampsaceni Priapum colunt.' Leno ait 'ignoras, misera, quia in domum incidisti lenonis auari.' Puella ut audiuit, toto corpore contremuit et prostrata pedibus eius dixit 'miserere, domine, succurre uirginitati meae! Et rogo, ut ne uelis hoc corpus sub

1 pro *om.* β eam] ãneloam β leno lenonius (leoninus γ) nomine βγ 2 et locupletissimus *om.* β 3 coepeř *b* cepit β Athanagora *b* Athenagora β 4 intelligens (-es *b*) *B'*γ 5 esse puellam γ ·X· β auri *add.* γ 6 ·XX· *B'* athenagoras *hic ut uidetur b* XXX γ XXV *B'* 7 XL, leno obtulit LXXX *b* 8 XC *b* p̃senti dad *b* C *om. b* 9 X *B'* 10 cum hoc lenone β eam] unam γ 11 uenditorus *b*] empturus γ eam *b* eum illam β ei γ 12 instituerit β ego *om. b*γ 13 eius uili precio γ et ero β quasi illam βγ 14 Adducitur *B' rell.* uirgo γ 15 domum — in *om.* β Introducitur γ salutorium β salutatorio *b* 16 et — un.] ex auro et gemmis γ ex gemmis β decoratum *add. Monacensis* ad Tharsiam β, *om. b* 17 adhora, *om.* numen, β Adorna mentum *b* praestantissimum γ, *recte?* 18 lapsacenus β quare — ait *om. b* 19 lapsaceni β Leno ait *om. b* 22 mis. mihi γ 23 ut *om.* β

tam turpi titulo prostituere.' Leno ait 'alleua te, misera. Nescis, quia apud tortorem et lenonem nec preces nec lacrimae ualent.' Et uocauit uilicum puellarum et ait 'Amiante, cella, ubi Briseis stat, exornetur diligenter, et titulus scribatur: Qui Tharsiam uiolare uoluerit, libram auri mediam dabit. Postea singulis aureis populo patebit.' Et fecit uilicus quod iusserat dominus eius.

XXXIV. Tertia die antecedente turba et symphonia ducitur ad lupanar. Athenagora prior adfuit et uelato capite lupanar ingreditur. Intrauit cellam et sedit in lectum puellae. Puella ex demonstrato ostium clausit et procidens ad pedes eius ait 'miserere, domine! per iuuentutem tuam et per deum te adiuro, ne uelis me sub hoc titulo humiliare. Contine inpudicam libidinem tuam et casus infelicissimae uirginis audi et natalium meorum originem.' Cui cum uniuersos casus suos exposuisset, princeps confusus et pietate plenus abstinuit et ait 'erige te. Scimus temporum uices. Homines sumus. Habeo et ego ex amissa coniuge filiam bimulam, de qua simili casu possum metuere.' Et dedit quadraginta aureos in manum uirginis dicens 'domina Tharsia, ecce habes amplius quam uirginitas tua uenalis proposita est. De aduenientibus age precibus similiter, quousque libereris.' Puella profusis lacrimis

1 turpido, *om.* titulo, *β* 2 et *om.* *β* 3 uillicum *β* puellaris *b*. 4 et *om.* *β* Amediante *γ* Bris.—diligenter *om.* *b* briseida *γ* bresi adstat *β* *intellego de statua Briseidis in cella stante.* 6 med.] dimidiam *γ* debet *b* Posteri *b* singulos aureos *B'* 7 uillicus *β* 9 cum magna populi turba *γ* simphonia *B'* simphoniacis *γ* 12 in lectulo *γ* ex industria *γ* hostium *B'γ* 13 ait *bγ* aeait *β* 15 uellis *b* humiliari *b* s. h. turpitudinis tit. uiolare *γ* 16 tuam *om.* *βγ* 18 princeps *om.* *βγ* piaetatę *b* 19 abst.] obstupuit *βγ* uehementer *add.* *γ* uices, cum *γ* 20 simus *βγ* abeo *b* 21 bimolam *B'* similem casum *γ* Et *om.* *b* 22 XL *B'γ* in manu *B'* 23 itas tua uen *om.* *b* 24 uenaliter *γ* De *B'* Dic *γ* Da *δ* et age *b* p̃cib; *b* 25 et—pr. *om.* *γδ*

ait 'ago, domine, pietati tuae gratias. Rogo, ne cui narres, quae a me audisti.' Athenagora ait 'si narrauero, filia mea cum ad tuam uenerit aetatem patiatur similem poenam.' Et cum lacrimis discessit. Occurrit
5 illi discipulus suus et ait 'quomodo tecum?' Athenagora ait 'non potest melius; cum magno ergo effectu usque ad lacrimas.' Et secutus est eum ad uidendum eius exitum. Iuuenis ut intrauit, puella solito more ostium clausit. Cui iuuenis 'si ualeas, indica mihi,
10 quantum tibi dedit iuuenis, qui ad te intrauit?' Puella ait 'quater denos aureos dedit mihi.' Iuuenis ait 'non illum puduit? homo diues est; quid grande fecerat, si libram auri tibi complesset? Et ut scias, me animo esse meliori, tolle libram auri integram.' Athenagora
15 foris audiebat et dicebat 'plus dabis, plus plorabis!' Puella ut acceptis aureis prostrauit se ad pedes eius et similiter exposuit casus *suos*, confudit hominem et auertit libidinem. Et aporiatus iuuenis ait 'alleua te, domina! Et nos homines sumus. Casibus subiacemus.' Puella
20 ait 'ago, domine, pietati tuae gratias et peto, ne cui narres, quae a me audisti.'

XXXV. Et exiens iuuenis inuenit Athenagoram ridentem et ait illi 'magnus homo es! non habuisti cui

1 piaetati *b* gracias *b* nec cui *b* ne alicui *β* 5 illi—suus] itaque illi cum discipulis suis *β* illi collega eius *γδ* tecum nouilia? *β* tecum notitia *γδ* 6 non *β* o si *b* ō g (*i. e.* ergo) *β*, *om. b* affectu *β* cum—lacr. et] *δ*, *om. γ* 7 lacrimis *sed corr. b* Hac dicens *γ* Et *om. β* audiendum *γ* 8 eius exitum *β*] rei *bγ* ut *βγ* cum *b* 9 hostium *B'γ* uales *β*] salua sis *γ* 10 dedit tibi *β* 11 dedit *om. b* 12 homo locuples est *β* h. diues, *om.* est, *b*; quod homo tam diues tam paruum munus tibi dedit *γ* quid *βγ* quod *b* 13 si *βγ* sibi *b* 14 meliorem *β* auri integram *om. b* 15 foris] uero de foris *γδ* maioris *b*, *om. β* plus *secundum om. b* 16 ut *om. βγ* 17 casibus *b* suos *addidi* 18 a libidine *γ* adleua *b* dn̄a *β* 19 subiacentes *γ* 20 piaetati *b* maximas gr. *γ* rogo et peto *β* cuiquam *β* 22 iuuenis] foras *γδ* 23 hō *β*

lacrimas tuas propinares!' Et adiurati, ne cui proderent, tacentes aliorum coeperunt exitum expectare. Et insidiantibus illis per occultum aspectum, omnes qui intrabant | dantes singulos aureos plorantes abscedebant. Facta autem huius rei fine obtulit puella pecuniam lenoni dicens 'ecce pretium uirginitatis meae.' Et ait ad eam leno 'quantum melius est, hilarem te esse et non lugentem! Sic ergo age ut quotidie mihi latiores pecunias adferas.' Item ait ad eum altera die 'ecce pretium uirginitatis meae, quod similiter precibus et lacrimis collegi, et custodio uirginitatem meam.' Hoc audito iratus est leno eo quod uirginitatem suam seruaret, et uocat ad se uilicum puellarum et ait ad eum 'sic te tam neglegentem esse uideo, ut nescias Tharsiam uirginem esse? Si enim uirgo tantum adfert, quantum dabit mulier? Duc eam ad te et tu eripe nodum uirginitatis eius.' Statim eam uilicus duxit in suum cubiculum et ait ad eam 'uerum mihi dic, Tharsia, adhuc

tuas *om.* β ne cui β] nec *b* Et—tacentes] Quid ergo interrogas? scis enim quod non magis quam tu feci. Et tacentes γ 2 ceperunt β 3 insidiant *b* quotquot introibant γ 4 dantes: *hic iterum A incipit, fol.* 67. sing. —absc.] pecuniam flentes recedebant *B′*γ 5 facto β finem *A* infinita *b* infinitam β fine γ puella *om. B′* lenone *b* 6 ecce u. m. pr. *ponunt B′* precium *b* praemium γ ad eam *om. B′* 7 leon *b* hylarem β 8 lugentem et gementem γ ut cottidie *A* ut cotidie *b*γ cotidie ut β mihi lat.] ampliores *B′*γ 9 aff. *B′*γ pretium *A* Item—meam] Et cum puella de lupanari (lupanar *b*) reuersa diceret 'ecce quod potuit uirginitas (uirginitatis adquiri β)' *B′*γ 11 collegi] colligit *A* 12 iratus—ad se] leno uocauit, *rell. omm., B′*γ 13 uillicum βγ puellarum *A*γ puellarẽ β puellaris *b* ad eum sic te *A*] amiante *B′*δ amante γ 14 negligentem *A*, *recte B′* tam negligens es γ te esse non uides β, *om. b* 15 enim *om. B′*γ adferit *A* offert *B′* 16 dat *b* dũ *A* ad te *A*] in cubiculum tuum (-o tuo *b*) *B′*γ tu *om. B′*γ eripe ei *B′*γ nudum *b m. pr.* 17 eius *om. B′*γ Cumque uilicus (uill. β) in cubiculum suum (-o suo *b*) duxisset, ait ad eam (dixit ei γ) *B′*γ 18 Tharsia γ, *om. B′*

uirgo es?' Tharsia puella ait 'quamdiu uult deus, uirgo sum.' Vilicus ait 'unde ergo his duobus diebus tantam pecuniam obtulisti?' Puella dixit 'lacrimis meis, exponens ad omnes uniuersos casus meos; et illi do-
5 lentes miserentur uirginitati meae' et prostrauit se ad pedes eius et ait 'miserere mei, domine, subueni captiuae regis filiae; *ne me uelis uiolare!*' *Et* cum ei uniuersos casus suos exposuisset, motus misericordia ait ad eam 'nimis auarus est iste leno; nescio si tu possis uirgo
10 permanere.'

XXXVI. Puella respondit 'habeo auxilium studiorum liberalium, perfecte erudita sum; similiter et lyrae pulsu modulante † inlidor. Iube crastina in frequenti loco poni scamna, et facundia sermonis mei spectacu-
15 lum praebebo; *et casus meos omnes exponam*; *quoscunque nodos quaestionum proposuerint exsoluam;* deinde plectro modulabor et hac arte ampliabo pecunias quotidie.' Quod cum fecisset uilicus, tanta populi adclamatio tantusque amor ciuitatis circa eam excrebuit, ut

1 Th. *om.* γ puella *om.* B' dixit B' respondit γ deus uoluerit B' uult $A\gamma$ 2 Vilicus ait *om.* B' duobus *om.* B' tantas pecunias at(abs β)tulisti $B'\gamma$ 3 dixit meae et *om.* $B'\gamma$ 4 om̃s A casos A 6 pedibus B' eius $B'\gamma$ ei A mei *om.* $B'\gamma$ dñe A 7 ne—uiolare *om.* A uellis b Et *om.* A ei *om.* β u. c. s.] casus suos omnes B' uniuersos *om.* γ 8 casos A motus miam ait A dixit, *om.* ad eam, $B'\gamma$ 9 iste *om.* $B'\gamma$ tu *om.* $B'\gamma$ possit b uirgo] ita B' 10 perseuerare $B'\gamma$ 11 Puella ait $\beta\gamma$, *om.* b Dabo operam (opera b) studiis liberalibus $B'\gamma$ 12 perfectę A, *om.* $B'\gamma$ eruditā b sum *om.* $B'\gamma$ et $A\gamma$, *om.* B' pulsum A pulsu $b\gamma$ pulsae lirae β 13 modulantes A modulanter $B'\gamma$ inlidor A in *om.* $\beta\gamma$ ludo $B'\gamma$ Iube ergo γ crastino B' cras γ 14 scamna disponi $B'\gamma$ et faciem β et facundi b sermonis A amoris b oris $\beta\gamma$ mei populum ad γ spectaculum prębeo $A\gamma$] populum emerebor b populo (*om.* em.) β 15 et casus—exsoluam B', *om.* A et casus—exponam *om.* γ omnes *om.* b 16 modos β questionem b questionis β exponam β deinde—modulabor *om.* B' et] in γ l. plectro m. γ soluam γ 17 pecuniam b: *hic desinit b.* cottidie A, *om.* $\beta\gamma$ 18 Quos β tanta—excrebuit A] omnis aetas populi ad uiden-

et uiri et feminae quotidie ei multa conferrent. Athenagora autem princeps memoratam Tharsiam integrae uirginitatis et generositatis ita custodiebat ac si unicam suam filiam, ita ut uilico multa donaret et commendaret eam. 5

XXXVII. Et cum haec Mitylenae aguntur, uenit Apollonius post quattuordecim annos ad ciuitatem Tarsiam ad domum Stranguillionis et Dionysiadis. Quem uidens Stranguillio de longe perrexit cursu rapidissimo ad uxorem suam dicens ei 'certe dixeras Apollonium 10 perisse naufragum.' *Illa respondit 'dixi certe.' Stranguillio ait 'crudelis exempli pessima mulier,* ecce uenit ad repetendam filiam. Quid dicturi sumus patri de filia, cuius nos fuimus parentes?' Scelerata mulier hoc audito toto corpore contremuit et ait 'miserere,' et 15 dixit 'coniunx, tibi confiteor: dum nostram diligo, alienam perdidi filiam. Nunc ergo ad praesens indue

dam Tharsiam uirginem cucurreret. Puella ut uidit ingentem populum, introiit in facundam oris studiorumque habundantiam; ingenio quaestionis sibi promebat et soluebat. Et fit ingens clamor et tantus circa eum ciuium amor excreuit β *et fere* γ 1 cottidie *A* cotidie β infinitam conferrent pecuniam β *et fere* γ 2 aũ *A*γ, *om.* β Tharsiam *om.* $\beta\gamma$ integerrimae $\beta\gamma$ 3 ita eam custodiebant hac si *A*] diligebat eam ac si $\beta\gamma$ unicam *om.* β 4 filiam suam β uillico illi multa $\beta\gamma$ 6 mutylena *A* haec—aguntur] cotidie uirgo misericordia populi tantas congerit pecunias in sinu lenonis β; *om.* γ 7 tharsiam *A* Appollonius uenit Tharso quartodecimo anno transacto, et operto capite, ne a quoquam ciuium deformis aspiceretur, ad domum pergebat Stranguilionis $\beta\gamma$ 8 et diunisię *A*, *om.* $\beta\gamma$ 9 ut uidit $\beta\gamma$ de *A* a $\beta\gamma$ curso *A* prior rap. cursu β ueloci cursu γ 10 ad —ei] et dixit dionisiadi uxori suae $\beta\gamma$ 11 naufragio periisse $\beta\gamma$ Illa—mulier $\beta\gamma$, *om.* *A* 12 pessimi *puto* cr. ex. femina et p. mulierum γ et ecce *A* 13 ad filiam recipiendam $\beta\gamma$ dicemus β; *dedi ex A*γ 14 ea filia β filia *A* ea γ cui γ Scelerata $\beta\gamma$ In scelera *A* mulier—et *om.* $\beta\gamma$ 15 et dixit *ego* ut dixi *A*] mihi care $\beta\gamma$ 16 coniux *A* tibi *om.* $\beta\gamma$ dilexi β 17 fil. *om.* γ fil. perd. al. β Accipe itaque consilium *add.* $\beta\gamma$ Nunc ergo *om.* $\beta\gamma$ presens *A* induamus γ

uestes lugubres et fictas fundamus lacrimas, et dicamus eam subito dolore stomachi interisse. Qui cum nos tali habitu uiderit, credet.' Dum haec aguntur, intrat Apollonius domum Stranguillionis, *releuat caput*, a fronte
5 comam aperit, hispidam ab ore remouit barbam. Ut uidit eos in lugubri ueste, ait 'hospites fidelissimi, si tamen in uobis hoc nomen permanet, ut quid in aduentu meo largas effunditis lacrimas? ne forte istae lacrimae non sint uestrae sed meae propriae?' Scele-
10 rata mulier ait cum lacrimis 'utinam quidem istum nuntium alius ad aures uestras referret, set non ego aut coniux meus! Nam scito Tharsiam filiam tuam a nobis subitaneo dolore stomachi fuisse defunctam.' Apollonius ut audiuit, tremebundus toto corpore expalluit diu-
15 que maestus constitit. Sed postquam recepit spiritum, intuens mulierem sic ait 'Dionysias, Tharsia filia mea

1 lug. uest. $\beta\gamma$ et *om.* β finctas *A* fundamus *A*] finge β et *om.* β et fictis lacrimis dicamus γ lacri|mas: *fol.* 68 *A*. 2 subito *om.* β stomachi dolore nuper defecisse $\beta\gamma$ et cum tali β et dum nos in tali γ 3 credit *A* Et cum haec dicerent, intrauit $\beta\gamma$ 4 Str. *om.* $\beta\gamma$ rel. capud β, *om.* *A* reuelatque caput γ 5 aperit *A*β aufert *ego* hisp. ab ore remouet barbam, et aperit comam fronte, et uidit eos lugubres et maerentes. Dixit $\beta\gamma$, *nisi quod* lug. ueste indutos *et* ait γ 6 lucubre *A* ospites *A* 7 hoc adhuc in uobis perm. nom. β adhuc *et* γ ut *A*, *om.* $\beta\gamma$ quid est quod γ ut quid] *num* ecquid? 8 largas *om.* β funditis $\beta\gamma$ *post* lacrimas: At dionisias instructa dolis uix lacrimas exprimens ait: numquid istae γ ne forte *A*] aut β iste *A* 9 non *om.* γ sunt $\beta\gamma$ nostrae γ, *rell. om.* propriae *om.* β Scelerata cum in tormento esset ait expressit (*sic*) lacrimis β, *om.* γ 10 istud *A* quidem istum] tale β, *om.* γ 11 ad aures tuas alius pertulisset $\beta\gamma$ ūras referreres et *A* pertulisset et γ set *om.* β 12 nec coniunx $\beta\gamma$ Nam Tharsia filia tua subitanee stomachi dolore defecit $\beta\gamma$ 13 desumptam *puto* 14 hoc audito $\beta\gamma$ toto corp. trem. $\beta\gamma$ hac palluit *A* hoc palluit β 15 mestus *A* que—ait *om.* β que defixus constat; tandem resūpto spiritu γ recipit *A* 16 malam m. γ sic *om.* γ o, inquit, Dionisia, filia mea ut fingitis ante paucos discessit dies β; γ *cum A facit.* filiam meam *A*

ante paucos dies decessit; numquid aut pecunia aut ornamenta aut uestes perierunt?'

XXXVIII. Scelerata mulier haec eo dicente secundum pactum ferens atque reddens omnia sic ait 'crede nobis quia, si genesis permisisset, sicut haec omnia 5 damus, ita et filiam tibi reddidissemus. Et ut scias nos non mentiri, habemus huius rei testimonium ciuium, qui memores beneficiorum tuorum ex aere collato filiae tuae monumentum fecerunt, quod potest tua pietas uidere.' Apollonius uero credens eam uere esse defun- 10 ctam ait ad famulos suos 'tollite haec omnia et ferte ad nauem; ego enim uado ad filiae meae monumentum;' ad *quod* ubi uenit, titulum legit:

D. M.

CIUES TARSI THARSIAE UIRGINI APOLLONII TYRII 15 FILIAE OB BENEFICIUM EIUS PIETATIS CAUSA EX AERE COLLATO FECERUNT.

Perlecto titulo stupenti mente constitit. Et dum miratur se lacrimas non posse fundere, maledixit oculos suos dicens 'o crudeles oculi, titulum natae meae cernitis et lacri- 20

1 discessit *Aγ* aut *et* aut *om.* *β* 2 ueste *A* uestes et orn. periere *βγ* 3 Scelerata—sic ait] Ex parte proferuntur omnia et dicunt *β* Illa h̃ audiens per placitum referens et reddens omnia ait *γ* 4 adq; *A* 5 si—ita et *om.* *βγ* filiam tuam cupiuimus incolumem resignare *βγ* (*qui* reconsignare) sicut haec omnia damus *add.* *γ* om̃a *A* 6 f. t. redd. *om.* *βγ* 7 rei huius *β* t.] testes nam *γ* ciuium qui *A* ciues *βγ* enim tharsenses, *om.* qui, *γ* 8 ere colato *A* conlato *β* in proximo litore *add.* *βγ* 9 quod p.—fecerunt *om.* *γ* potes *β* tua pietas *om.* *β* 10 Ap. uero *et* uere esse *om.* *β* 11 ad famulos ait *β* omnia *om.* *β* 12 enim *om.* *β* uadam *β* 13 ad *A* at *β* quod *addidi* peruenit, legit titulum *β* 15 diimanes *A* diis manibus *β* Tharsi *A*, *om.* *β* tyrii *β*] regis *A* 16 ob—causa *om.* *β* pi. eius causam *A* ex ere colato *A* 17 conlato *β* 18 stupente *β* Et dum se non flere maledicens oculos suos ait *β* 19 lacr. non fudit et mal. *γ*, *qui alia ut A* 20 cr.] crudelissimi *β*, *dedi ex Aγ* 20 potuistis tit. nat. m. cernere (legere *γ*), non potuistis lacrimas fundere *βγ* lacrymas *A ut uidetur*

mas fundere non potestis! O me miserum! Puto, filia mea uiuit.' Et haec dicens rediit ad nauem atque ita suos allocutus est dicens 'proicite me in subsannio nauis; cupio enim in undis efflare spiritum, quem in terris non licuit lumen habere.'

XXXIX. *Et* proiciens se in subsannio nauis sublatis ancoris altum pelagum petiit iam ad Tyrum reuersurus. Qui dum prosperis uentis nauigat, subito mutata est pelagi fides, per diuersa discrimina maris iactantur, omnibus deum rogantibus ad Mitylenam ciuitatem aduenerunt. Ibi Neptunalia festa celebrantur. Quod cum cognouisset Apollonius, ingemuit et ait 'ergo omnes diem festum celebrent praeter me.' *Et uocauit dispensatorem suum et ait* 'sed ne lugens et auarus uidear — sufficiat enim seruis meis poena, quod me tam infelicem sortiti sunt dominum, |— dona centum aureos pueris, et emant sibi quae uolunt et diem festum celebrent. Me autem ueto a quoquam appellari; quod si quis fecerit, crura illius frangere iubebo.' Dispensator emit quae necessaria erant, et dum epulantur,

1 potetis *A* Heu me *β* 2 Et—dicens] Et ueniens ad nauem ait ad suos *βγ* 3 subsann/////io *A* (*rasura trium litt.*) in sentinam nauis *βγ* 4 cupio—habere *om.* *γ* effluere *β* 5 lumen habere *om.* *β* 6 Et pr.—reuersurus *om.* *βγ* Et *addidi* 7 hanc horis alatum *A*, *correxi* 8 Et dum nau. pr. uentis tiro raeuersus *β* *et* (tyrum reuersurus) *γ* 9 fide (?) *A* per] rq̃ *γ* maris discr. iactatur *β* 10 omib; *A* deprecantibus *γ* mutilenam *A* militenam *β* mitilenam *γ* *ubique* deuenerunt *βγ* 11 ibique—ingemuit] Gubernator cum omnibus plausum dedit. Appollonius ait 'quis sonus hylaritatis aures meas percussit?' Gubernator ait 'gaude, domine, hodie Neptunalia esse.' Appollonius ingemuit *β*. *γ*=*A*. festa *om.* *γ* *num* celebrabantur? 12 ergo hodie praeter me omnes dies festos celebrent. *β* 13 festam *γ* Et—suum *β* *et fere* *γ*, *om.* *A* 14 ait *add.* *γ* Ne non lugens sed amarus esse uidear *β*; *γ*=*A*. 15 sufficicit *A* sufficiat, *om.* enim, *βγ* ad poenam *β* 16 dominum] *hic iterum desinit A.* dom. sort. sunt *β* X aureos *γ* 17 et eant emantque si q̃ u. *γ* 19 cruram *β* illi *γ* iubeo *β*, *recte* *γ* 20 erant et *β*] erant et rediit ad nauem et ornat nauigium et laeti discubuerunt et *γ*

Athenagora, qui Tharsiam ut filiam diligebat, deambulans et nauium celebritatem considerans, uidit nauem Apollonii ceteris nauibus pulchriorem et ornatiorem et ait 'amici, ecce illa mihi maxime placet, quam uideo esse separatam.' Nautae ut audierunt nauem suam laudari, dicunt 'inuitemus principem; magnifice, si digneris, descende ad nos.' Athenagora descendit, libenti animo discubuit et posuit decem aureos in mensa dicens 'ecce, ne me gratis inuitaueritis.' Omnes dixerunt 'bene nos accipies, domine.' Athenagora uidens eos unanimes discumbere ait 'quod omnes tam libentiose discumbitis, nauis dominus quis est?' Gubernator ait 'nauis dominus in luctu moratur iacet*que intus in* subsannio nauis in tenebris; mori destinat: in mari coniugem perdidit et in terris filiam amisit.' Athenagora ad unum de seruis nomine Ardalionem ait 'dabo tibi duos aureos, tantum descende et dic ei: Athenagora princeps huius ciuitatis rogat te, ut procedas de tenebris ad lucem.' Iuuenis ait 'domine, non possum pro duobus aureis quattuor crura habere. Tam utilem non inuenisti inter nos sicut me? Quaere alium, quia

1 ut] eius γ 2 in nauigium β deamb. in littore considerare coepit et uidit γ 3 et orn. *om.* γ 4 amicis γ 5 paratam γ ut β] uero et serui Apollonii γ 6 dicunt β] et salutauerunt eum dicentes 'inuitamus te, o princeps magnifice γ 7 desc. ad n. *om.* γ] At ille inuitatus a nautis nauem ascendit, et cum uideret eos unanimes discumbere, libenti *sqq.* γ 10 bene — dom. β] deus dignam tibi reddat retributionem γ 11 discumbere nec inter eos maiorem esse dixit ad eos 'cum o. licenter d. γ 12 discumbetis β Gubernator] *hic B fragm. tertium incipit.* dnminus. *sed corr.*, *B* 13 lustu β que intus in γ, *om.* *B*β subsanio *B* sub bisanio β, *recte* γ 14 et m. d. γ 15 et *B*γ, *om.* β amisit *B*β] luget uxorem luget filiam γ Ait Athenagora β 16 de seruis *B*γ desideriis β ardalio *B* ardulionem β ait *om.* β 17 tantum *B*, *om.* βγ 18 huius *om.* *B* rogat te *statim post* dic ei βγ ut *om.* β procede β 19 ad eum γ non] si γ pro *B* de βγ 20 ·IIII· β emere, pergam γ tam *om.* γ 21 inter nos β] pater *B* sicut *B*] nisi βγ. *an* praeter, *cuius* pater *corruptela? reliqua glossemata?*

iussit ut quicumque eum appellauerit, crura eius frangantur.' Athenagora ait 'hanc legem uobis statuit, non mihi quem ignorat. Ego ad eum descendam. Dicite quis uocatur.' Famuli dixerunt 'Apollonius.'

5 XL. Athenagora ut audiuit nomen, ait intra se 'et Tharsia patrem Apollonium uocabat.' Et demonstrantibus pueris peruenit ad eum. Quem ut uidit barba capiteque squalido in tenebris iacentem, submissa uoce ait 'Apolloni, haue.' Ille ut audiuit uocem eius, pu-
10 tans se ab aliquo seruo uocari, turbulento uultu respiciens uidit ignotum sibi hominem honesto cultu decoratum *et* furorem silentio texit. Athenagora ait 'scio te mirari, quod ignotus tuo nomine te salutaui. Disce quod princeps sum huius ciuitatis Athenagora nomine.
15 Descendi in litore ad nauiculas conspiciendas, inter quas uidi nauem tuam diligenter ornatam et laudaui, nautis uero tuis inuitantibus libenti animo discubui. Inquisiui dominum nauis. Dixerunt in luctu morari, quod et uideo. Prosit ergo quod ueni. Procede de
20 tenebris ad lucem, discumbe, epulare nobiscum. Spero enim de deo, quia pro ingenti luctu dabit tibi ampliorem laetitiam.' Apollonius uero luctu fatigatus leuauit

1 illum appellaret β illius β me? Melius est me promissis aureis carere quam crura mea perdere. Iussit enim γ 3 ascendam β Dic β 4 mihi, quomodo u. γ 5 ut—nomen *om.* β inter β et *om.* γ 6 nominabat β nominat γ 7 barba caput squalidum β barba squalida, capite horrido et sordido γ 8 submira *B* submissa β 9 Appollonius β aue *B*γ aue—eius *om.* β Ap. autem putans γ 10 seruo *B*γ suorum β contemplari β contempni γ horrido γ uultu *B*γ] cultu β 11 honesta forma decorum γ 12 et *om.* *B*$\beta\gamma$ 13 ignotus] homo *add.* β salutauit β 14 huis *B* 15 Desc.—uidi] et dum in hoc littore deambularem, inter caeteras naues uidi γ descendens β littore β committendas β 16 quas *B* ceteras $\beta\gamma$ nauim *B* decenter $\beta\gamma$ laud. aspectum eius, et dum in eam intendo, inuitatus a n. t. ascendi et cum eis l. a. d. γ 18 dn̄m *B* dixere β te in γ 19 et *om.* β pr. e. tibi q. ad te v. γ 20 nobiscum *B*] paulisper β paululum γ 21 de dō *B* de deo, quia dabit tibi deus petitionem ingentem (deus post tam ing. luctum γ) et laetitiam ampliorem $\beta\gamma$ 22 luctu] *hic fragm. tertium B desinit.*

caput et dixit 'quisquis es, domine, uade, epulare et discumbe cum meis ac si cum tuis. Ego autem afflictus calamitatibus grauibus non possum epulari, sed nec uiuere uolo.' Athenagora confusus ascendit in nauem et discumbens dixit 'non potui persuadere domino uestro, ut uel ad lucem rediret. Quid enim faciam ut eum reuocem a proposito mortis? Bene, mihi uenit in mentem! Uade, puer, ad Ninum lenonem et dic illi, ut mittat ad me Tharsiam. Est enim scholastica et sermo eius suauis, ac decore conspicua; potest eum ipsa exhortari, ne talis uir taliter moriatur.' Leno cum audisset, nolens dimisit eam. Et ueniente Tharsia dixit Athenagora 'domina, hic est ars studiorum tuorum necessaria. Consolans nauis huius dominum sedentem in tenebris, coniugem lugentem et filiam, exhorteris ad lucem exire. Haec est pars pietatis, causa per qua*m deus* fit hominibus propitius. Accede ergo et suade ei exire ad lucem; forsitan per nos uult deus eum uiuere. Si enim hoc potueris facere, dabo tibi decem sestertia et XX aureos, et XXX dies te redimam a lenone, ut melius possis uirginitati tuae uacare.' Puella audiens haec constanter accessit ad hominem et submissa uoce salutauit eum dicens 'salue, quisquis es, iuuenis, salue et laetare. Non enim aliquo polluta ad te consolandum adueni, sed innocens uirgo, quae uirginitatem meam inter naufragia castitatis inuiolabiliter seruo.'

1 quis es γ 3 grauiter meis γ 4 athenagoras β *ut saepius* conf. abiit de subsannio nauis et asc. ad nautas et γ 6 exiret γ enim] nunc *puto; om.* γ 7 apposito β 8 ad leoninum lenonem $\beta\gamma$ 9 scolastica β scolasticissima (!) γ 10 et nimio dec. γ eum *ego* enim β forsitan illum exhortari poterit γ 11 ne—mor. β] ut ab incepto luctu existat atque ad lucem procedeat. Nam et turpe et miserabile, ut talis dn̄s in tanto luctu permaneat γ. Cumque puer perrexisset ad lenonem illum, l. c. aud. et eum contempnere non posset, licet nolens misit eam γ 13 dn̄a thasia γ 14 ut consoleris γ 15 et horteris γ 16 pars *om.* γ quam deus γ quas β 19 ducenta β decem γ 20 diebus γ 23 quicumque es, *om.* iuu., γ 24 aliqua γ aliquo β

XLI. Et his carminibus modulata uoce cantare exorsa est:

'Per sordes gradior et sordis conscia non sum,
Sicut rosa in spinis nescit compungi mucrone.
Piratae me rapuere gladio ferientes iniqui.
Vendita lenoni numquam uiolaui pudorem.
Si fletus et lacrimae aut luctus de amissis inessent,
. . . . . .
Nulla me nobilior, pater si nosset ubi essem.
Regio sum genere, stirpe procreata prior*um*,
Et iubente deo iubeor quandoque laetari.
Fige modum lacrimis, curas resolue doloris,
Redde caelo faciem, animos ad sidera tolle!
†Aderit deus, creator omnium et auctor,
Non sinet hos fletus casso labore relinqui.'

Ad haec Apollonius leuauit caput et uidens puellam ingemuit et ait 'audi me miserum. Contra pietatem quamdiu luctabor?' et erigens se resedit et ait ad eam 'ago prudentiae tuae et nobilitati tuae gratias et consolationi tuae hanc uicem rependo, ut †merear. Quandoque, si mihi laetari licuerit regni mei uiribus, releuabo et forsitan ut dicis te regiis ortam parentibus ac natalibus repraesentem. Nunc accipe ducentos aureos,

2 coepit γ *Hexametri rhythmici Commodiani normam sequuntur, ut anthol. lat. c.* 383. 481. 6a. 3 Pro sordes β et βγ sed δ 4 Sicut β Sicut rosa illesa in spinis, sic et ego deamnis mihi sordibus imminentibus impolluta permaneo γ 5 rapuerunt a gl. γ ferientis βγ nonquo γ 6 Vendita lenoni *recc.* Lenone (-ni γ) nunc uendita βγ sum, n. u. p. meum γ 7 et *om.* γ *post* 7 *fortasse uersus deest.* 9 essem; sed praestat dimitti, quod nullo potest fletu reuocari γ 10 et stirpe propagata γ prior β 11 Ut (*om.* γ) deo iubente βγ lectori β 12 Fide β dolorum γ 13 *num* polo? *sic* γ 14 Aderit βγ Ipse aderitque *scribi possit* Affueritque *uel* Aderit namque *recc.* hominum δ et auctor bonorum γ 15 Qui non sinit βγ 17 audi] heu γ 19 ago γ] ergo β maximas gratias γ 20 merear β] memor tui γ 22 releuem γ; *an recte?* reuolabo β orta β 23 nat. par., *om.* ac, γ

et ac si me in lucem perduceres, laeta discede. Nolo me ulterius appelles. Recenti enim luctu ac renouata crudelitate tabesco.' Et acceptis ducentis aureis abire cupiebat. Et ait ad eam Athenagora 'quo uadis, Tharsia? sine effectu laborasti? non potuimus facere miseri- 5 cordiam et subuenire homini se interficienti?' Et ait Tharsia 'omnia quae potui feci, et datis mihi ducentis aureis rogauit ut discederem, asserens se renouato dolore torqueri.' Et ait Athenagora 'ego tibi quadringentos aureos dabo, tantum descende et refunde ei hos 10 ducentos quos tibi dedit, et dic ei: ego salutem tuam, non pecuniam quaero.' Et descendens Tharsia sedit iuxta eum et ait 'iam si in isto squalore permanere definisti, permitte me tecum uel in istis tenebris miscere sermonem. Si enim parabolarum mearum nodos 15 absolueris, uadam; sin aliud, refundam tibi pecuniam tuam et abscedam.' Apollonius ne pecuniam repetere uideretur, et cupiens a prudenti puella audire *sermonem* ait 'licet in malis meis nulla mihi cura suppetat nisi flendi et lugendi, tamen (ut careat ornamento laetitiae) 20 dic quod interrogatura es et abscede. Peto enim ut fletibus meis spatium tribuas.'

XLII. Et ait Tharsia

'Est domus, in terris clara quae uoce resultat.
Ipsa domus resonat, tacitus sed non sonat hospes. 25
Ambo tamen currunt, hospes simul et domus una.'

Et ait ad eum: 'si rex es, ut asseris, in patria tua (rege enim nihil conuenit esse prudentius), solue mihi quaestionem, et uadam.' Apollonius caput agitans ait

1 et γ, *om.* β perduxeris γ et nolo ut me γ 2 enim β que γ uultu β 5 potuisti γ 8 aur. *om.* γ 11 duc. aureos γ 14 permiscere γ 16 alias γ refundo β 17 tuam *om.* γ recipere γ 18 sermonem *add.* γ, *om.* β 19 suppetit β, *recte* γ ni β 20 tamen ne orn. laet. derelinquam dic γ 24—26 *Symphosii aenigma XI* (*anthol. lat.* 286, 48 *sqq. ed. meae*) 24 refultans β 25 tacitus *Symphosius*, γ; *om.* β 29 capud agitans agit β

'ut scias me non esse mentitum, audi solutionem. Domus, quae in terris resonat, unda est; hospes huius domus tacitus, piscis est, qui cum domo sua currit.' Et ait Tharsia

5 'Longa feror uelox formosae filia siluae,
Innumeris pariter comitum stipata cateruis.
Curro uias multas, uestigia nulla relinquo.'

Apollonius ait 'o si laetum me esse liceret, ostenderem tibi quae ignoras. Tamen ne ideo tacere uidear,
10 ut pecuniam recipiam, respondebo quaestioni tuae. Miror enim te tam tenerae aetatis huius esse prudentiae. Nam longa arbor est nauis formosae filia siluae, fertur uelox uento pellente, stipata cateruis, uias multas currit undarum, uestigia nulla relinquit.' Puella inflammata pru-
15 dentia solutionum ait

'Per totas aedes innoxius introit ignis:
Circumdat flammis hinc inde †uallata nec uror.
Nuda domus, nudus*que huc omnis* conuenit hospes.'

Apollonius ait 'ego si luctum deponerem, innocentes
20 intrarem in ignes. Intrarem enim in balneum, ubi hinc inde flammae per turbulos surgunt. Nuda domus est, quia nihil intus nisi sedile, ubi nudus hospes sudat.' Et ait iterum Tharsia

1 audi solutionem γ, *om.* β 3 simul cum γ 5—7 *Symphosii aenigma XIII* (*anth. l.* 286, 54 *sqq.*) 6 Innumeris *Symphosius*, γ Innumerum β 7 relinquens *Symph.* relinquo $\beta\gamma$, *cf. lin.* 14. 11 tenera aetate γ 12 nauis $\gamma\delta$, *om.* β 14 sed uest. γ 16—18 *Symphosii aenigma LXXXIX* (*anth. l.* 286, 282 *sqq.*) 16 innoxius *om.* β introit *Symph.* $\gamma\delta$ intro per ignes β 17 cicumdata β, *correxi.* Hinc inde flammis nimium u. n. u. γ Est calor in medio magnus, quem nemo ueretur *Symph.* 18 que huc omnis γ] ibi β Non est nuda domus, sed nudus conuenit hospes *Symph.*, δ 19 innocens β 21 turbulos β cumulos γ tabulas δ gunt. Nuda] *hic incipit fragm. quartum B.* 22 ẽ *B*, *om.* $\beta\gamma$ nudus] domus β sudabit $\beta\gamma$

'Ipsa grauis non sum, sed aquae mihi pondus adhaesit.
Viscera tota tument patulis diffusa cauernis.
Intus lympha latet, quae se non sponte profundit.'

Apollonius ait 'spongia cum sit leuis, uisceribus tota tumet aqua grauata patulis diffusa cauernis, infra quas lympha latet, quae se non sponte profundit.'

XLIII. Et ait iterum Tharsia |

'Non sum *compta* comis, non sum nudata capillis.
Intus enim mihi crines sunt, quos non uidet ullus.
Meque manus mittunt, manibusque remittor in auras.'

Apollonius ait 'hanc ego *in* Pentapoli naufragus habui ducem, regi ut amicus efficerer. Nam sphaera est, quae non est uincta comis et non est nudata capillis, quia intus plena est; haec manibus missa manibusque remittitur.' Iterum ait ad eum puella

'Nulla mihi certa est, nulla est peregrina figura.

1—3 *Symphosii aenigma LXIII* (*anth. l.* 286, 204 *sqq.*) 1 inhaeret *Symph.* adheret *γδ* 2 tota *om.* *β* cateruis *γ* 3 Intus *Bβδ*] Intra aquas *γ* limpha *β* quae] sed *Symph.* profudit *β* 4 cum *Bδ* licet *β* 6 nimpha *B* limpha *β* profudit *β* 8—10 *Symphosii aenigma LVIIII* (*anth. l.* 286, 192 *sqq.*) 8 Non sum] *hic A fol.* 69 *incipit.* compta comis *A*, *cod. Salmas. Symphosii* cincta comis *Symphosius*, *β* uicta comes *B* non *B*] et non *Aβ Symph.* nudata *B* compta *Aβ*, *Symphosii recensio B et cod. Salm.* cincta *Symph. rec. D.* *fortasse* et non sum nuda 9 enim *om. B* mihi crines *AB*, *Symph. rec. B* crines mihi *β*, *Symph. rec. D* (mihi *om. cod. Salm.*) uidit *A*, *cod. Salm.* 10 manibus mittunt *A* manum mittunt *B* mittunt manus *β* rursumq · manu remittunt *B*, *qui* in auras *om.* remitor *β* 11 anc *B* in *om. A* in pentapolim *β* naufragus *om. Bβ* 12 ut fierem amicus regis *B* ut fierem regi amicus *β* spera *ABβ* 13 est quae *om. β* quae non est *om. B* cincta *β* et non—plena est] et (sed *β*) intus plena capillis *Bβ* 14 haec *om. Bβ* manusq. remittunt *B* que] quoque *puto.* 15 Itĕ *A* Et ait (ait *om. B*) iterum Tharsia, *rell. omm.*, *Bβ* 16 — *p.* 55, 2 *Symphosii aenigma LXVIIII* (*anth. l.* 286, 222 *sqq.*) 16 *secundum* est *om. Bβ*

Fulgor inest intus radianti luce coruscus,
Qui nihil ostendit, nisi †quid uiderit ante.'

Respondens Apollonius ait 'nulla certa figura est speculo, quia mutatur aspectu; nulla peregrina figura, quia hoc ostendit, quod contra se habet.' Item ait puella ad eum

'Quattuor aequales currunt ex arte sorores
Sic quasi certantes, cum sit labor omnibus unus.
Cum prope sint pariter, non se pertingere possunt.'

Et ait ad eam Apollonius 'quattuor similes sorores forma et habitu rotae sunt quattuor, quae ex arte currunt quasi certantes; et cum sint sibi prope, nulla nullam potest contingere.' Item ait ad eum puella

'Nos sumus, ad caelum quae scandimus alta petentes,
Concordi fabrica quas unus conserit ordo.
Quicumque alta petunt, per nos comitantur ad auras.'

Et ait ad eam *Apollonius* 'per deum te obtestor, ne ulterius me ad laetandum prouoces, ne uidearis insul-

1 Fulgur *AB* choruscus *A*, *sic cod. Salmas. Symphosii* coruscans *Symphosius* rad. luce cor.] diuini sideris instar *B* radiata luce coruscans diuini sideris instar *β* 2 nichil *β* quid *A*, *om. B* quod *Symphosii recensio D*, quid *recensio B* nisi in se quod *β*. *Lacuna antiquitus inerat.* 3 Respondens *A*, *om. Bβ* figura *om. A* est speculo *A* speculo inest *β* instar speculi *B* 4 mutatur *A* ť titur *B* mentitur *β* 5 quia quod contra se habuerit ostendit · Et ait iterum Tharsia *Bβ* 7—9 *Symphosii aenigma LXXVII* (*anth. l.* 286, 246 *sqq.*) 7 Quattuor—ad eum puella *om. Bβ* ex parte *Symphosii recensio B* 9 Et prope cum sint *A* Et prope sunt *Symph.* Cum pr. sint *scripsi* nec se contingere *Symph.* 10 quatuor *A*? 11 quatuor *A*? 14—16 *Symphosii aenigma LXXVIII* (*anth. l.* 286, 249 *sqq.*) 14 qui *Bβ* scandimus *Symphos. rec. B*, *cod. Salm.* scandit *A* tendimus *Bβ*, *Symphosii rec. D* 15 *sic A*, *Symphosius.* continet *Symphosius* Omnibus aequalis mansio, omnis unus conserit ordo *Bβ* 16 Alta quicumque *Bβ*, *dedi ex A.* Ut simul haerentes per nos comitentur ad auras *Symphosius* 17 Et (*omisso* Apollonius)—mortuis meis *A*] Apollonius ait *Bβ* dm̃ te obstentor *A* 18 uideas *A*

tare mortuis meis. Nam gradus scalae alta petentes, aequales mansione manentes uno ordine conseruntur, et alta quicumque petunt, per eos comitantur ad auras.'

XLIV. Et his dictis ait 'ecce habes alios centum aureos, et secede a me, ut memoriam mortuorum meorum defleam.' At uero puella dolens *misit caput super Apollonium et strictis manibus complexa est eum dicens 'ut quid te tantis malis affligis? exaudi uocem meam et deprecantem respice uirginem. Quia* tantae prudentiae uirum mori uelle nefarium est. *Si coniugem desideras, deus restituet; si filiam, saluam et incolumem inuenies. Et praesta petenti, quod te precibus rogo.' Et* refundens aureos in sinum et adprehendens lugubrem uestem eius ad lucem conabatur trahere. At ille impellens eam conruere fecit. Quae cum cecidisset, de naribus eius sanguis coepit egredi, et sedens puella coepit flere et cum magno maerore dicere 'O ardua potestas caelorum, quae me pateris innocentem tantis calamitatibus ab ipsis cunabulis fatigari! Nam statim ut nata sum in mari inter fluctus et procellas, parturiens

1 Nam—petentes] Aulas adgrandes (Grandes adaules β) scalae gradus sunt *B*β 2 equales *A* aeq.—conseruntur] uno conserti ordine aequali mansione manent *B*β 3 et *om.* *B*β quaecunque β 4 ait ecce—dolens *om.* *B*β 6 Ad uero *A* misit—uirginem Quia *om.* *A* capud β 7 est eum dicens *B*] dixit β 8 ut *B*, *om.* β *fortasse* at *uel* o tu. 9 depcantem *B* 10 uelle *A*, *om.* *B* ualde β nefas *B* Si—inuenies *om.* *A* Sicut iugem β 11 dš *B* restituat *B* -et β 12 Et—rogo *om.* *AB* pra β 13 Et *om.* *A* Et—eius] Et tenens lugubrem eius manum *B*β 14 eius et ad *A* ad lumen *B*β adtrahere *B*β At—fecit *A*] Tunc Apollonius in iracundia uersus surrexit et calce eam percussit et impulsa uirgo cecidit *B*β 15 consuere *A* Quae—egredi] Et de genu eius coepit (*ex* caepit *B*) sanguis effluere *B*β 16 cępit *A* 17 cępit *A* cum—maerore *om.* *B*β merore *A* 18 me patres *B* 19 ab ipsis me cunabulis *A* ab ipsis natiuitatis meae exordiis *B* exordiis *et*, *nisi quod* exortibus, β 20 inter fluentes procellas β parturiens *om.* *B*β

me mater mea secundis ad stomachum redeuntibus coagulato sanguine mortua est, et sepultura ei terrae negata *est*. Quae tamen ornata a patre meo regalibus ornamentis et deposita in loculum cum uiginti
5 sestertiis auri Neptuno est tradita. Et ego in cunabulis posita Stranguillioni impio et Dionysiadi eius coniugi a patre meo sum tradita cum ornamentis et uestibus regalibus; pro quibus usque ad necem ueni perfidia et iussa sum puniri a seruo uno infamiae nomine Theo-
10 philo. At ille dum uoluisset me occidere, eum deprecata sum, ut permitteret me testari dominum. Quem cum deprecor, piratae superueniunt, qui me ui auferunt et ad istam deferunt prouinciam. Atque lenoni impio sum uendita!'

15 XLV. Cumque haec et his similia puella flens diceret, in amplexum illius ruens Apollonius coepit flens prae gaudio ei dicere 'tu es filia mea Tharsia, tu es spes mea unica, tu es lumen oculorum meorum conscium, quam flens per quattuordecim annos *cum* matre

1 me *om.* β secundis—sanguine] algoribus constricta *B* 2 coagulato sanguine *om.* β est *A*β esse uisa est *B* ei *A* eius *B* e β 3 est *om.* *A*β. Quae tamen *om.* *B*β reg. orn. *om.* *B*β 4 et *om.* *B*β depositã in *A* dimissa est in *B*β loculo *B* XX *B*β 5 sextertius *A* sextertios *B* sesterciis β auri *om.* *B*β tradita est *B* Et ego *B*] Menãq; *A* Post haec ego β in c. pos. *om.* *B*β 6 impio *om.* *B*β diunisiadi *A* impiis *add.* *B*β eius coni. *et* meo sum *om.* *B*β 7 uestis *A* 8 regal. pro quibus *om.* *B*β ad necis *A* per inuidiam perueni *B* perfidiam *A* perfidia huius β et *A* nam *B*, *om.* β 9 missa β sum *om.* β seruo eius *B*β uno—deprecor *om.* *B*β theofilum *A* 10 Ad ille *A* 12 pyrates *A* uim *A* piratae—uendita *A*] Piratis superuenientibus rapta sum et in hac urbe lenoni sum tradita (et in hanc urbem lenone districta β) *B*β Deus, redde Tyrio Apollonio patri meo, qui cum (ut β) matrem meam lugeret, Stranguilioni et Dionisiadi impiis me dereliquit! *add.* *B*β 15 Cumque haec—mihi est reddita *A*] Apollonius haec signa audiens exclamauit cum lacrimis uoce magna (et ait *add.* *B*) *B*β 16 in amplexu *A* cępit *A* 17 gadio et dicere *A* 18 conscius quem *A* 19 annis mater tua *A*

tua lugeo. Iam laetus moriar, quia rediuiua spes mihi est reddita.' *Cucurrit et Athenagora ciuitatis illius princeps, et inuenit Apollonium super collum Tharsiae flentem et dicentem 'haec est filia mea Tharsia quam lugeo, cuius causa rediuiuas lacrimas et renouatum luctum assumpseram. Nam ego sum Tyrius Apollonius, qui te commendaui Stranguillioni. Dic mihi: quae dicta est nutrix tua?' Et illa dixit 'Lycoris.' Apollonius adhuc uehementius clamare coepit 'tu es filia mea!' Et illa dixit 'si Tharsiam quaeris, ego sum.' Tunc erigens se et proiectis uestibus lugubribus induit uestes mundissimas, et adprehensam eam osculabatur et flebat. Videns eos Athenagora utrosque in amplexu cum lacrimis inhaerentes, et ipse amarissime flebat et narrabat, qualiter sibi olim hoc ordine puella in lupanari posita uniuersa narrasset, et quantum temporis esset, quod a piratis abducta et distracta fuisset. Et mittens se Athenagora ad pedes Apollonii dixit 'per deum uiuum te adiuro, qui te patrem restituit filiae, ne alii uiro Tharsiam tradas! Nam ego sum princeps huius ciuitatis et mea ope permansit uirgo.' Apollonius ait 'ego huic tantae bonitati et pietati possum esse contrarius? immo opto, quia uotum feci, non depositurum me luctum, nisi filiam meam nuptui tradidero. Hoc uero restat, ut filia mea uindicetur de hoc lenone, quem sustinuit inimicum.'* Et dixit Apollonius 'pereat haec ciuitas!' At ubi auditum est ab Athenagora principe, in publico in foro in curia clamare coepit et dicere 'currite, ciues et

1 rediuiba *A* 2 Cucurrit et—sustinuit inimicum *om. A lin.* 2—6 *fort. spuria?* Currit β (*post* omnes serui) 3 super β supra *B* Tharsia *post* mea *om. B* 5 ob cuius causas *B* 6 Ap. Tyr. β 7 stranguilioni *B*β 8 ligoridis *B*β 9 *post* uehementius *desinit B* 15 in *om.* β 16 erat β 23 notum β 24 filiam—ut *om.* β, *dedi ex* δ 26 Et dixit—ista ciuitas *A*, *om.* β Ad ubi *A* 28 cępit *A*

His auditis Athenagora dicto citius (huius β) ad curiam mittit et conuocatis omnibus maiorum natiuitatis clamauit uoce magna dicens 'currite ciues piissimi ... unum infantem (*sic*) β *post uerba* sustinuit inimicum; currite ciu. piiss.

nobiles, ne pereat ista ciuitas! *currite, ciues piissimi, subuenite ciuitati, ne pereat propter unum infamem!*'

XLVI. *At ubi dictum est, Athenagoram principem hac uoce in foro clamasse,* concursus magnus et ingens factus est, et tanta commotio fuit populi, ut nullus omnino domi remaneret, neque uir neque femina. Omnibus autem conuenientibus *magna uoce* dixit Athenagora 'ciues Mitylenae ciuitatis, sciatis Tyrium Apollonium *regem magnum* huc uenisse, et †exea classes nauium properantes cum multis armatis euersuras istam prouinciam causa lenonis *iniust*issimi, qui Tharsiam ipsius emit filiam et in prostibulo posuit. Vt ergo saluetur ista ciuitas, mittatur ad uindicem deum infamiae, ut non omnes periclitemur.' His auditis populi ab auriculis reum comprehenderunt. Ducitur leno ad forum uinctis a tergo manibus. Fit tribunal ingens in foro, et induens Apollonius regalem uestem deposito omni squalore luctuoso quod habuit atque detonso capite diadema

— infamem *om. A* Currite famuli, currite amici et anxianti patri finem imponite *Bβ post uerba* (*p.* 57 *ad* 15) uoce magna et ait; *sed ad hunc locum pertinet.* 3 At ubi — clamasse *β, om. A* 4 magnus et *om β* 5 populi uenit, ut domi nec uir nec femina remaneret *β* Qui audientes clamorem concurrerunt omnes (serui *add. β*) *Bβ post* finem imponite; *om. A. Ordo huius loci turbati in A: p.* 57, 15—58, 2. 58, 26—59, 1. 59, 4 *sqq.; in* (*B*) *β: ad* 57, 15; *ad* 59, 1. *ad* 59, 5. 58, 2—58, 26. *ad* 58, 28. 59, 3 *sqq.* 7 concurrentibus *β* magna uoce *om. A* Ath. *om. β* 8 mutilene *A* militem *β* ciuitatis *om. β* scitis *β* 9 regem magnum *om. A* ex ea *A, om. β; puto* eius 10 properantur (*sic A*) — armatis] exercitu proximante *β* euersurus *Aβ, correxi* istam *A* est *β* prouinciam *A* ciuitatem *β* 11 lenonis causa *β* iniustissimi *ego; om. β* ////tissimi *A* qui *β* ciui *A* tarsiam *A* ipsius — posuit] filiam suam constituit in lupanar *β* 13 ista *om. β* *num* ad uindicandam infamiam? deducatur ad eum leno et uindicet se de eo et non tota ciuitas pereat *β* 14 His auditis comprehensus est leno et iunctus a tergo manibus ad forum ab auriculis ducitur. Fit *sqq. β* 16 in foro *om. β* indutus *β* induentes apollonium *A* 17 regia ueste *β* om. sq. deposita *β* 18 luct. q. hab. *om. β* luctuosum *A. num* quo tabuit? tonsus *β* diademate *A*

imposuit *et* cum filia sua Tharsia tribunal ascendit. Et tenens eam in complexu coram omni populo loqui lacrimis inpediebatur. Athenagora uix manu impetrat ad plebem ut taceant. Quibus silentibus ait Athenagora 'ciues Mitylenae, quos repentina pietas in unum con- 5 gregauit, uidete Tharsiam a patre suo *hodie* esse cognitam, quam leno cupidissimus ad nos expoliandos usque in hodiernum diem depressit; quae uestra pietate uirgo permansit. Vt ergo plenius uestrae pietati gratias referam, eius procurate uindictam.' At uero una uoce 10 omnes clamauerunt dicentes 'leno uiuus ardeat et bona omnia eius puellae addicantur!' Atque his dictis leno igni est traditus. | Vilicus eius cum uniuersis puellis et facultatibus Tharsiae traditur. Ait Tharsia uilico 'dono tibi uitam, quia beneficio tuo uirgo permansi.' Et 15 donauit ei decem talenta *auri* et libertatem. Deinde cunctis puellis coram se praesentatis ait 'quicquid de corpore uestro illi contulistis infausto, uobis habete, *et* quia seruistis mecum, liberae estote.'

XLVII. Et erigens se Tyrius Apollonius alloquitur 20 populum dicens 'gratias pietati uestrae refero, uenerandi et piissimi ciues, *quorum* longa fides pietatem praebuit, quietem tribuit, salutem exhibuit, gloriam educauit.

1 inposito β et *addidi* tarsia *A*, *om.* β 2 amplexu β omni *om.* β loqui—Athenagora β, *om.* *A* 3 manum *A* 4 *num* a plebe? imperat plebi β tacerent β Ath. *om.* β 5 mutilene *A* militem β quos pristina fides tenet et nunc repentina causa coagulauit in unum β 6 uidetis β tarsiam *A* cum *A*] a β hodie *om.* *A* esse *om.* β; *num* ecce? 7 cup. leno β usque hodie β 8 uestram pietatem *A* nostra pietate β 9 plenius uestrae felicitatis *A* pietati uestrae plenius β referat, natae eius β 10 Ad *A*, *om.* β uero *om.* β 11 omnes una uoce dixerunt β 12 omnia *om.* β adducantur β tradantur γ Atque—traditus] Addi(u γ)citur ignibus leno $\beta\gamma$ 13 traditus: *explicit A fol.* 70. uillicus $\beta\gamma$ *ubique* 14 Th.] puellae γ Et ait γ Redono γ 15 tuo et ciuium γ 16 decem β CC γ talanta γ auri $\gamma\delta$, *om.* β 17 se repr. γ 20 et γ, *om.* β Tyrius *om.* γ 22 piissimi β] optimi γ quorum γ, *om.* β praeb. qui. *et* glor. ed. *om.* γ

Vestrum est, quod rediuiuis uulneribus rediuiua uita successit; uestrum est, quod fraudulenta mors cum suo luctu deiecta est; uestrum est, quod uirginitas nulla bella sustinuit; uestrum est, quod paternis amplexibus unica restituta est filia. Pro hoc tanto beneficio uestro ad restituenda ciuitatis uestrae moenia aurum pondo quinquaginta dono.' Quod cum in praesenti *dare* fecisset, fuderunt ei statuam ingentem in prora nauis stantem et calcantem caput lenonis et filiam [*suam*] in dextro brachio sedentem, et in base *eius* scripserunt 'TYRIO APOLLONIO RESTAVRATORI AEDIVM NOSTRARVM ET THARSIAE SANCTISSIMAE VIRGINI FILIAE EIVS VNIVERSVS POPVLVS MITYLENAE OB NIMIVM AMOREM AETERNVM DECVS MEMORIAE DEDIT.' Et intra paucos dies *Apollonius* tradidit filiam suam in coniugio Athenagorae cum ingenti laetitia totius ciuitatis.

XLVIII. Et *nuptiis transactis* cum eo et cum filia *sua atque cum suis omnibus* uolens per Tarsum transeundo redire in patriam suam, uidit in somnis quendam angelico uultu sibi dicentem 'Apolloni, ad Ephesum dirige et intra templum Dianae cum filia et genero tuo *et* casus tuos omnes expone. Postea Tarso filiam tuam uindica innocentem.' Apollonius expergefactus indicat genero et filiae somnium, et illi dixerunt 'fac, domine, quod tibi uidetur.' Et iussit gubernatori

1 V. est q.] Gratiam uestram qua γ rediuiuus u. β 3 detecta γ uestrum — sustinuit *om.* γ 4 patriis γ 5 ben.] munere γ 6 maenia β pondo L β 7 condono auri pondo ducenta γ dare γ, *om.* β 8 fecerunt γ in — n.] iuxta nauim γ 9 et *om.* γ suam γ, *om.* β 10 d. eius br. γ eius γ, *om.* β 11 Tyrio γ, *om.* β 12 uirgini *om.* γ 13 militenae β mitilenorum γ 15 inter γ Apollonius *om.* βγ 16 in *om.* γ 18 nupt. tr. *om.* β cum genero et f. γ 19 sua *om.* β atq. — omn. *om.* β uolens — suam] nauigans in p. s. per Tharsum proficisci cupiebat. Sed nocte quadam cum in lecto iaceret, γ 20 in sompnis β, *om.* γ 21 habitu γ 23 et γ, *om.* β ibi per ordinem exp. γ. Postea ueniens Tharsum γ 25 so.] quod uiderat γ 26 Et β At γ

Ephesum petere. Felici cursu perueniunt Ephesum, et descendens cum suis Ephesium templum petit Dianae, ubi coniunx eius inter sacerdotes *feminas* principatum tenebat, et rogat sibi aperiri sacrarium, *ut in conspectu Dianae casus suos enarraret.* Dicitur illi maiori 5 omnium sacerdotum, uenisse regem nescio quem cum filia et genero suo cum nimiis donis. Hoc audito gemmis regalibus caput ornauit et uestitu purpureo uenit uirginum constipata cateruis. Erat enim effigie decora et ob nimium castitatis amorem asserebant omnes nul- 10 lam esse tam gratam Dianae. Quam uidens Apollonius cum filia et genero currunt ad pedes eius. Tantus enim pulchritudinis eius emanabat splendor, ut ipsa dea esse uideretur. Et aperto sacrario oblatisque muneribus *Apollonius* coepit dicere 'ego ab adolescentia mea 15 rex, natus Tyro, Apollonius appellatus, tum, cum ad omnem scientiam peruenissem nec esset ars aliqua, quae a nobilibus et regibus exerceretur, quam ego nescirem, regis Antiochi quaestionem exsolui, ut filiam eius in matrimonium acciperem. Sed ille ei foedissima 20 sorte sociatus, cui pater natura fuerat constitutus, per impietatem coniunx effectus est et me machinabatur occidere. Quem dum fugio, naufragus a Cyrenensi rege Archistrate eo usque gratissime susceptus sum, ut filiam

1 ut Eph. dirigeret γ Felici—Eph.] Quo felici cursu peruenientes Apollonius γ 2 Ephesium *ego* ephesum β 3 fem. γ, *om.* β 4 ut *om.* βγ in—enarraret γ, *om.* β 5 Dicitur β] Nuntiatis his γ matri β maiori γ 7 suo *om.* γ et cum magnis d. γ Hoc—cateruis (et] in) β] Quod cum illa regem nescio quem audiens regio se habitu gemmisque ornauit et ueste purpurea uirg. stipata cateruis processit γ 10 efferebant β asserebant γ 12 cucurrerunt γ 13 emanauit γ dea β diana γ 14 Et *om.* γ 15 Apollonius *om.* β in conspectu Diane effari et dicere γ 16 Tyro β] et rex γ tum γ] et β 17 nec esset ars γ] necessitas β 18 exerceretur q. e. nescirem γ] agebatur me attigit et β 19 regis antiqui Antiochi γ! 20 matrimonio caperem β ipsi γ fedissime associatus γ 21 cuius γ per naturam γ const. *om.* γ 22 mach.] conatus est γ 23 naufragiis β cirenensi β 24 sum β] effectus γ

eius mererer accipere. Quae, cum desiderassem properare ad patrium regnum *percipiendum*, hanc filiam meam, quam coram te, magna Diana, praesentare iussisti, posteaquam in naui peperit, emisit spiritum. Quam
5 ego regio indui habitu et in loculo cum uiginti sestertiis dimisi in mare, ut inuenta digne sepeliretur; hanc uero famulam tuam filiam meam nutriendam nequissimis hominibus commendaui et *in* Aegypti partibus luxi quattuordecim annis uxorem. Vnde aduenienti, ut
10 filiam meam repeterem, dixerunt esse defunctam. Et dum rediuiuo luctu inuoluerer, mori cupienti filiam meam reddidisti.'

XLIX. Cumque *haec* et his similia narraret, leuauit se Archistratis uxor ipsius et rapuit eum in am-
15 plexum. Apollonius *non credens esse* coniugem suam, repellit a se. At illa cum lacrimis uoce magna clamauit dicens 'ego sum coniunx tua Archistratis regis Archistratis filia!' et mittens se iterum in amplexum eius coepit dicere 'tu es Tyrius Apollonius, meus Apollonius,
20 tu es magister meus qui me docuisti, tu es qui me a patre accepisti Archistrate, *tu es* quem naufragum adamaui non causa libidinis, sed sapientiae ducta! Vbi est filia mea?' Et ostendit *ei* Tharsiam dicens 'haec est.' Et flebant inuicem omnes. Sonat *in tota* Epheso, Ty-

1 eius acciperem coniugem γ Quam cum β Quae—spir.] Postea uero cum ad regnum meum perc. mecum pariter properans h. f. m. ut in n. p., em. sp. γ 2 regnum *bis* β percipiendum γ, *om.* β et hanc β 4 postea in naue periit et em. sp. β 5 indutum, *om.* et, γ in loculum XX sestercia dimisi β 6 ubi inu. fuisset γ 7 quam—iussisti (*u. lin.* 3) *post* meam γ nequissimis γ] iniquis β 8 et pergens in γ in γ, *om.* β 9 Vnde *om.* γ adueniens βγ 10 reciperem γ 13 haec γ, *om.* β narrat β 14 archistrates β *ubique* surgens archestratis u. eius rapuit γ amplexu βγ 15 dicens se esse uxorem ipsius *add.* γ non credens esse γ, *om.* β 16 reppulit γ Et illa γ 17 Archestrates γ 18 Archistrate filia β amplexu βγ e. c. d.] dicebat γ 19 cepit β m. A.] coniux meus γ 21 Arch.] in matrimonium γ tu es γ, *om.* β 22 ducem γ 23 ei γ, *om.* β 24 in tota γ, *om.* β Ephesum β

rium Apollonium regem uxorem suam Archistratem cognouisse, quam ipsi sacerdotem habebant. Fit laetitia ingens, coronatur ciuitas, organa disponuntur, fit Apollonio conuiuium a ciuibus, laetantur omnes. Ipsa uero constituit sacerdotem, quae sequens ei erat et casta 5 caraque. Et cum Ephesiorum gaudio et lacrimis cum marito, filia et genero nauem ascendit.

L. Veniens igitur Apollonius Antiochiam regnum sibi reseruatum suscepit. Pergit inde Tyrum et constituit regem loco suo Athenagoram generum suum. Et 10 cum eo et cum filia sua et coniuge sua et exercitu regio nauigans uenit Tarsum et iussit statim comprehendi Stranguillionem et Dionysiadem uxorem eius et sedenti sibi *pro tribunali in foro* adduci. Quibus adductis coram omnibus ciuibus dixit 'ciues beatissimi 15 Tarsiae, numquid Apollonio Tyrio exstitit aliquis ingratus uestrum?' At illi omnes una uoce dixerunt 'te regem, te patriae patrem diximus; propter te et mori libenter optauimus, cuius ope periculum famis effugimus. Pro hoc et statua a nobis posita in biga testatur.' 20 Et Apollonius ait 'commendaui filiam meam Stranguillioni et Dionysiadi uxori eius: hanc mihi reddere noluerunt.' Scelerata mulier ait 'bone domine, quid? tu ipse titulum legisti monumenti.' Apollonius exclamauit 'domina Tharsia, nata dulcis, si quid †tamen apud in- 25 feros habes, relinque Tartaream domum et genitoris

1 archestratem recogn. γ 2 inter s-es γ 3 fit magnum ab A. c. ciuibus γ 5 quae sequens ei erat β qui ei s. e. γ erat—cum] erat et (*lege* ex) regula cum omnium γ 6 Ephesorum βγ ergo *add.* γ 7 in n. a. et ualedicens omnibus discessit γ 8 Tyrius Ap. β ubi regnum, *om.* sibi, β Ant. Antiochi r. γ 9 inde β in γ 10 Et] Postea γ 11 et cum ex. β coniuge—et γ, *om.* β 13 suam β eius γ 14 sedens γ pro—foro γ, *om.* β 16 Tharsiae β, *om.* γ 18 patriae *cm.* γ 19 optamus γ euasimus γ 20 Pro hoc β] Hic γ in biga β] tibi γ 22 nolunt γ 23 quid *om.* γ tu ipsum t. m. eius l. γ 25 nata *al. man. ex* grata β tamen] *puto* animae si quis tibi a. i. sensus est γ 26 thartater, *sed corr.*, β

tui uocem exaudi.' Puella de post tribunal regio habitu circumdata capite uelato processit et reuelata facie malae mulieri dixit 'Dionysias, *haue*: saluto te ego ab inferis reuocata.' Mulier scelerata ut uidit *eam,* toto corpore
5 contremuit. Mirantur ciues et gaudent. Et iussit Tharsia *in conspectu* adduci Theophilum uilicum *Dionysiadis*, cui ait 'Theophile, ut possit tibi ignosci, clara uoce responde. Quis me interficiendam tibi obligauit?' Vilicus respondit 'Dionysias domina mea.' Tunc ciues
10 omnes rapuerunt Stranguillionem et Dionysiadem extra ciuitatem *et* lapidauerunt, uolentes et Theophilum occidere; *sed* Tharsiae interuentu non tangitur. Et ait *Tharsia* 'nisi iste ad testandum deum *unius* horae mihi spatium tribuisset, modo uestra pietas me non defendisset.' Quem
15 manumissum abire incolumem praecepit et † scelerate secum Tharsia tulit.

LI. Apollonius uero ad licentiam *populo* dedit munera. Restaurant*ur* ther*mae,* moenia, murorum turres. Moratus autem ibi sex mensibus nauigat cum suis
20 ad Pentapolim ciuitatem Cyrenen. Ingreditur ad regem Archistratem [Coronatur ciuitas, ponuntur organa], gaudet in ultima senectute sua rex Archistrates: uidit neptem cum patre, filiam cum marito; regis nepotes, regis filios ueneratur et in †osculo Apollonii et filiae

1 de post tr. β] pro tribunali γ 2 releuata β reuoluta γ m. m.] dionisiadi γ 3 dionisiadis γ aue γ, *om.* β 4 eam γ, *om.* β 5 confremuit γ 6 in cons. add. γ, *om.* β uillicum uenire, *om.* Dionys., β 7 agnosci γ 9 Dionisia β 10 rapientes γ 11 et *om.* βγ et] simul cum eis γ 12 sed γ, *om.* β Tharsia interueniente γ Tharsia γ, *om.* β 13 horarum β unius horae γ 14 def.] uidisset γ 15 et scelerate β] filiam autem dionisiadis γ 17 ad l.] dat licentiam β, *om.* γ populo *om.* β 18 ut restaurarentur terme m. γ Restaurant ter menia β muri γ 19 nauigans inde γ 20 ciu. *om.* γ cirenem β cyreneii γ 21 coronatur —organa *ex* 64, 3 *perperam repetunt* βγ 22 in ultimo senectutis sue tempore γ 23 patre] coniuge γ regis n.] n. suos γ 24 et in osculo suscipit eos annum integrum postquam eos recepit uiuens. γ

integro anno perdurat. Post haec laetus moritur perfecta aetate in manibus eorum, medietatem regni sui Apollonio relinquens et medietatem filiae suae.

His omnibus peractis, dum deambulat Apollonius iuxta mare, uidit piscatorem illum, a quo fuerat naufragus susceptus, et iussit eum comprehendi *et ad palatium duci*. Vidit piscator se a militibus duci: occidendum se putabat. Et ingressus Apollonius coram coniuge sua iussit eum adduci et ait 'domina coniunx, hic est paranymphus meus, qui olim mihi spem naufrago dedit et ut ad te peruenirem ostendit itinera.' Et *intuens eum Apollonius* dixit 'benignissime uetule, ego sum Tyrius Apollonius, cui dimidium tribunarium tuum dedisti.' Et donauit ei ducenta sestertia *auri*, seruos, ancillas et uestes, et fecit eum comitem *suum*, usque dum uixit.

Hellenicus uero, qui ei de Antiocho nuntiauerat, Apollonio procedenti obtulit se et ait 'domine [mi] rex, memor esto Hellenici serui tui.' Et adprehendens manum eius Apollonius erexit eum et osculari coepit; fecit diuitem, ordinauit comitem. His expletis genuit de coniuge sua filium, quem in loco aui eius Archistratis constituit regem. Ipse autem cum coniuge sua benigne uixit annis septuaginta quattuor. Tenuit regnum Antiochiae, Tyri et Cyrenensium.

1 laetus *om.* γ 2 medi.—et *om.* γ 4 deambulabat γ 5 illum *om.* γ 6 iussitque famulis ut apprehenderent eum et ad palatium ducerent γ et—duci *om.* β 7 Vidit β Tunc uidens γ a famulis et militibus γ 8 Et ingr. *om.* γ 9 d. mea regina γ 10 paranimphus β paranimphius γ meus] mihi γ spem—dedit β opem tulit γ 11 uiam ost. γ 12 Et i. e. A. ait γ] Dixit ei β 13 Thirus β cui tu γ 14 donasti γ auri γ, *om.* β s. a. et u. *om.* γ 15 suum γ, *om.* β 17 Hellaracus γ 18 Ap. pr.] illi γ mi β, *om.* γ 21 et f. eum d. et ord. c. γ ordinat β His rebus exp. γ 22 in *om.* γ eius] sui γ 23 Archstrate β archestratis γ quoque β autem γ 25 tenens γ Tyri et *om.* γ thiri et cirenensium β. *l.* 22 *sq.* *et* 25 *inter se dissentiunt.*

Quietam uitam per omne tempus suum duxit. Casus suos suorumque ipse descripsit et duo uolumina fecit. Vnum Dianae in templo Ephesiorum, aliud *in* bibliotheca sua exposuit.

1 et quieta uita o. t. regni sui uixit γ 2 suor. *om.* γ 3 in *om.* $\beta\gamma$ biblioteca β b-ae suae γ 4 exposuit. Explicit β

Corrigenda.

p. 1 *adn. l.* 10 *leg.* Taliarcus *b*
p. 9, 9. 12, 12; 20. 14, 3 *leg.* Tars.
p. 15, 6 *conicio* in litore Cyrenaeorum; cf. 13, 15.
p. 21, 18 *leg.* zaetam. *ib.* 19 *dele* filia.
p. 32, 1 *leg.* fallebant (*i. e.* ἃ ἔλαθεν).

UNIV. OF MICHIGAN,

OCT 21 1912

Index nominum.

Aegyptus p. 33. 63.
Aeolus p. 14.
Amiantus 40. ad 42, 13.
Antiochia 1. 4. 8. 27. 64. 66.
Antiochus 1. 4. 8. 10. 11. 12. 15. 27. 62. 66.
Apollo 20.
Apollonius saepissime nominatur.
Archistrates 17. 20. 34. 62. 63. 65. 66.
Archistratis 21. 28. 34. 63. 64.
Ardaleo 24.
Ardalio 48.
Athenagora 39. 40. 41. 44. 48. 49. 50. 52. 58. 59. 60. 61. 64.

Briseis 40.

Chaeremon 29. 30. 31.
Chaldaei 6.
Cyrene 15? 65. cf. 34, 6.
Cyrenaei 13. 15?
Cyrenensis 62. 66.

Diana 32. 61. 62. 63. 67.
Dionysias 13. 32. 34. 35. 44. 45. 57. 64. 65.

Ephesius 29. 62. 64. 67.
Ephesus 61. 62. 63.

Hellenicus 9. 10. 11. 66.

Lampsaceni 39.
Libycus 14?
Lucina 28.
Lycoris 33. 38. 58.

di Manes 46.
Mitylena 38. 44. 47. 59. 60. 61.

Neptunalia 47.
Neptunus 14. 15. 57.
Ninus 39. 50.

Pentapolis 54. 65.
Pentapolitani 13. 15.
Philotimias 33. ad 35, 19.
Priapus 39.

Stranguillio (i. e. *Στρογγυλίων*) 11. 12. 13. 32. 34. 44. 45. 57. 58. 64. 65.

Tarsius 9. 13. 14. 44. cf. 64, 16.
Tarsis (i. e. *Ταρσεῖς*) 12, 12; 20.
Tarsus 19. 32. 34. 46. 61. 64.
Tartarea domus 64.
Thaliarchus 6. 8.
Tharsia 33—36. 38—40. 42—46. 48—50. 52—54. 57—61. 63—65.
Theophilus 36. 37. 57. 65.
Triton 14.
Tyrius cf. Apollonius.
Tyrus inscr. 6. 8. 26. 47. 62. 64. 66.